SUMMULA THEOLOGIAE DIUI THOMAE AQUINATIS AUTHORE F...

Giacinto : de Ruggeri, ...

SVMMVLA
THEOLOGIAE
DIVI
THOMAE AQVINATIS.

SVMMVLA THEOLOGIAE DIVI THOMAE AQVINATIS

Authore

F. HYACINTHO DE RVGGERIIS
Atripaldensi Ordinis Prædicatorum
Prouinciæ Regni S.Theol.Mag.

Ad Reuerendiss. Patrem

FR. IO: BAPTISTAM
DE MARINIS
Totius Ordinis Prædicatorum
Magistrum Generalem.

ROMAE,
Apud Dominicum Manelphum.
MDCLII.

SVPERIORVM CONSENSV.

Reuerendiſsimo Patri

F. IO. BAPTISTAE DE MARINIS

Totius Ordinis Prædicatorum GENERALI Magiſtro.

Patri, ac Patrono Colendiſsimo,

NOſtri ſplendor Ordinis, ac totius Eccleſiæ fulgentiſsimum lumen D. Thomas Aquinas, ea reſplenduit plenitudine ſapientiæ,

qua nihil vnquam ſcripſit, quod luce laudis vacuum cenſeatur, posſituè cenſeri; Præclara tamen in ſua Theologiæ ſumma non alios excelluit ſolùm, ſed ſeipſum quoque ſuperare videtur: Quamobrem non minùs illum per anthonomaſiam nuncupare Theologum par eſt, ac Philoſophum dicere Stagiritam. Quod verò mirabilius apparet, Reuerendiſsime Pater, illud eſſe conſpicio, quod lux iſta Solis Angelici, non perſpicaces Aquilas ad ſui proſpectum ſolummodo trahit, ſed hebetes etiam Noctuas; inter quas, & ego ſuaui quadam violentia raptus, opus hoc, modulo quamquam rudi, canere ſum compulſus. Vt autem, quod propria condit imbecillitas, obſcurum, fulgore tui nominis il-

lu-

lustretur, illud Reuerendissimæ tuæ Paternitati sacrare constitui. Quid enim poterit non reportare boni, rude munusculum, tali, tantoque deportatum viro; Magistro scilicet Generali, supremoque Pastori, non alicuius infimi, sed almi DOMINICI Gregis, mirabili probitate præfulgido, præstanti sapientia conspicuo, perpetua prudentia nitido, paterna charitate, reliquisque virtutibus adeò cumulato; quòd clarum nomen Auorum, gloriamque nobilissimæ suæ Gentis, ac Prosapiæ, proprijs ipse vincat encomijs? Magnanimus ergo suscipe munusculum præsens, Reuerendissime Pater, quod indigum tuo splendore, tibi sisto, & vale peren-

nè fœlix. E Conuentu S. Ludouici de Auersa. Die prima Nouembris 1651.

Reuerendiss. tuæ Paternitatis

Humiliss. ac obsequentiss. seruus

Fr. Hyacinthus de Atripalda.

F. DONATVS DE RVGGERIIS
Sacræ Theologiæ Magister.

PRæsens opus, multis ab hinc annis in desiderio fuit Auctoris. Anno siquidē Nati Saluatoris 1617. ætatis autem suæ 26. cum formalis esset Studens iu Almo Conuentu Diui Augustini de Padua, Religiosissimæ Prouinciȩ S. Dominici, mirabili sapientissimi Patris Magistri F. Xanthes Mariales, eo tempore sui Rēgentis, erga Diuum Thomam deuotione; affectus Auctor, id animo concepit.

Verumtamen continuis occupatus Lectionibus, & in præfata, & in hac Regni Prouin-

cia, demptis aliquibus annis, quibus in Diui Ludouici de Auersa, & in Sanctæ Mariæ de Porta Salerni Conuentibus; munus exercuit Prioris; in hoc vsque tempus, ipsum differre coactus est; ideoque vel ex animo, ab insigni quodam, Clarissimoq. Viro, fuit ipse præuentus; non tamèn eodem stylo, sed admodum breuiori, ideòque non ita claro, nec Diui Thomæ rationes adducente; non quod, & rem uon posset, & modum, perfectiùs omninò præstare Vir iste, qui suis inclytis operibus, immortale reliquit nomen; sed quia plurimis alijs occupatissimus operibus, id præstare voluit, quod penuria temporis ei permisit.

Auctor verò Summulę pręsentis, etsi alijs multis occupationibus, actus, non tamèn illis, hoc tempore, fuit neces-

ſariò præpeditus ; illud ſolùm
nocumento , vel diſplicentiæ
fuit, quod eũ plures ipſius A-
mici,violentis rogationũ cal-
caribus vrgere nõ deſtiterũt .

Scripſit autem propter cõ-
modum iuuẽtutis,ac fructum,
doctrinalitèr abſque figmen-
tis , & imitatione illa , quam
Poeſis, ex Ariſtotelis inſtituto
requirit; rythmicè tamèn , &
ſub metaphoris aliquando .
Theologi ſiquidem non Poe-
tæ videbatur, SVMMVLAM
parere THEOLOGICAM, niſi
velimus eum Theologum cẽ-
ſere Poetam;non quod vt pri-
mi Sapientes à Diuo Thoma 1.Met. lec. 4.
Theologi Poetæ dicti, verita-
tem diuinorum ſub fabulis oc-
cultet,ſed quia,ſicut illi de di-
uinis carmina faciebant;ſic ip-
ſe diuina rythmis enunciat .

Epopeiam , Tragediæque
Poeſim,Comediamque,ac di- c. 1. Poet. & ſeq.
thyrambicam,docuit Stagiri-

 ta,

ta, prorſus in eo conuenire, vt imitatio ſint; adeoquòd aliquando quidem Poetæ ipſi nõ mutati loquantur, aliquando alienam perſonam induti, aliquando autem quaſi negotiatores omnes, & agẽtes introducendo, nunquam verò facta ipſa propria narrãt; ſed quemadmodum, vel geri quiuerint, vel veriſimile. vel omninò neceſſarium fuerit. Cæterum Stagirita carminibus loqui, ideſt proprium cenſeri Poetarum, facile concederet. Immò cum dicat ipſe, quod imitator Poeta ſit, ſicut quoque Pictor, vel alius imaginum deſignator; & quod eorum ſemper vnum aliquid, quę tria numero ſunt imitetur neceſsè eſt: qualia videlicèt fueruut, ſiue ſunt, vel qualia dicuntur, videturue, vel qualia eſſe oportet: quodque Sophocles dixit, ſe quidèm homines, qua-

les esse oporteret effingere. Euripides autem quales essēt; videtur ex eo colligi posse, Poetas esse aliquo modo, qui ea quæ narrant,non imitātur. Nàm quomodò imitantur, si qualia súnt, illa depromunt? nisi dicamus eos ideò quę narrant, qualia sunt effingere; quia Poeticis ea videntur dipingere loquutionibus.

Ad hæc accedúnt ea quæ Socrates apud Platonem dixit. nimirùm Poesim, fabularumq; figmenta,aut esse omninò per imitationem, quemadmodum in Tragedia, atque Comedia; aut per enunciationem Poetæ proferri, quod maximè in dithyrambis inspicitur; vel per vtrumque confici,vt in heroicis videtur. Plato nihilominus imitationem sumit, non pro imitatione rei,de qua loquutus videtur Aristoteles in his quæ retuli, sed pro imitatio- lib.3. dial.3. & 10.

ne,qua Poeta perſonas imitatur alienas; ait enim Plato, alteri ſe ſimilem reddere, eſſe eum imitari; vbi autem ſe nō celat Poeta (inquit Socrates) vniuerſa illa Poeſis, & narratio ſine imitatione eſt.

In ſn o duorū cōpen. verat. Et præterea; Poetam, Poeta quidem celebris, appellat Prophetam Dauid; qui tamen imitator non fuiſſe videtur; nā quæ imatio eſt in Pſalm. præſertim 116.? dicitur, & ſi non perſonæ, rei tamen eſt imitatio, quatenùs ad laudem Dei populos hortatur vniuerſos: at ſi hoc eſſet, imitatio quoque in verbis illis reperiretur, Cum oratis dicite &c.

D.Th. in proæm. pſ. Sed cum ſint hymni lyrica, ſeu dithyrambica poeſis, ipſi teſtentur, an imitatio reperiatur in eis. Eſt Hymnus laus Dei cum cantico; Canticum verò, exultatio mētis de æternis habita, prorumpens in vo-

cem.

cem. Nulla in his mentio de imitatione conſpicitur, & re ipſa id videntur oſtendere hymni de Sanctiſsima Triade, hymni de Sanctiſsimo Sacramento, hymnus incipiens, Virginis Proles; & Pſalm. 132. & alij. Nam Dauidici Pſalmi, verè ſunt hymni; hoc eſt veræ cum cantico Dei laudes non falſæ, vel fictæ.

Sed ſi conſtanter velimus aſſerere omnem poeſim dixiſſe Ariſtotelem, debere imitari; poſsēt adhùc aliquo pacto ſuſtineri quæ diximus; nimirùm quòd, ſicut adnotauit quidam, Poeſis non à Pico. ideſt formo, vel fingo, vt Boccacius voluit; T. Garzon. ſed à Poetes, ideſt, exquiſita loquutio, nomen acceperit. primam ſequentes acceptionē dicunt, omnem poeſim debere imitari; ſequentes vero ſecundam, poſſunt ad poeſim, Gen. Deor. neceſſariam non cenſere imita-

tationem, quæ ſcilicet idem
eſt, quod aſſimilatio, ſeu figuratio, ſeu fictio, ſeu repræſentatio; ſine qua dignior erit enumeratio Poetarum, cum res, vt ſunt, præſertim diuinæ, pro dignitate tractantur, quemadmodum præfatorum ſuperius hymnorum fecerunt Auctores: nec parui pendendus in illis rythmus erit ipſorum; nàm licèt alta pronunciauerint, aptiùs id rythmis effecerunt; aiebat enim Socrates, Rythmus, & armonia, interiora animi penetrant.

Lib. 3. dial. 3.

At ſi neque id acceptabile reputabitur, adhuc præſens opus, ad Ariſtotelis mentem, Poema poterit appellari. Auctor enim figuratè, proprioq. Poeſis modo enunciat, non vt ſcripta fuit, ſed vt ſcribi potuit, Angelicam Diui Thomæ doctrinam; ſemperque alienam, (Diui Thomæ ſcilicet) per-

perſonam figurat, ac fingit. Quod ſi dixerit aliquis, id non abſolutè Poetam, ſed Poetam Theologum denominare poſſe; ne falcem videar obſtinatus in alienam ponere meſſem; do illi manus, & aſſentior; hoc tamèn laudi potiùs non dedecori erit Auctori: quod ſcilicet quoad modum ſignificandi poſſit Poeta nuncupari; Theologus verò quoad rem ſignificatam.

Sed hæc omnia dicere ſum coactus, non vtique firmo, ſed fluctuanti calamo; vt curioſæ quorumdam petitioni, modo aliquo facerem ſatis. Illud nihilominus iuxta Boetium videtur indubiè dici poſſe; quod Aucroris Muſa, quando non ſit poetica, Theologica debet omninò cenſeri. Sed fortè Poetica, ſimul, ac Theologica poteirt æſtimari. Cæterum Iudicij rui partes erunt, Can- De conſ. phil. proſa 1.

di-

dide Lector, ac tuæ probitatis eligere quod meliùs; & reformanda quæ videris in hac mei Germani Summula, reformare. Vale è Conuentu S. Petri Martyris de Neapoli die 25. Octobris 1651.

AV-

AVCTORIS
In laudem
DIVI THOMAE.

CARMINA.

ANgelicus Doctor, veluti Theoremata summam,
Exhibet orando, ſpectat, & ora Dei.
Arguit è cõtra Cathedra Crucifixus ab alta,
Et dubium hoc, dictis, vt breue, grande mouet.
Iã bene ſcripſiſti de me dulciſsime Thoma
Quã ergo mercedẽ ſumere dignus eris?
Non aliam, Domine, niſi Te ipſum, Cautus Aquinas;
Reſpõdet, merces hæc mihi ſola placet
En Palmam, ſapiens omnes qui ſtrauerat Hoſtes,
Cũ Duce pugnãtis Militis auget amor.
Audeat ergo Schola in Thomam contendere nemo,
Quilibet Angelici Doctor honoret opus.

In-

INuide qui tentas mirandum capere Thomam,
Scito quòd Arbor is est, scito quòd Angelus est.
Spiritus ipse sciens, est ipse & Planta sciẽdi,
Quam Paradisus amat, quam Paradisus habet.
Fructibus hæc doctrix: illos mirare libenter,
Cum docet ipsa Bonum, cum docet ipsa malum.
Namq; Bonum, pariterq; Malum, bene monstrat, ab illa
Sume Bonum visu, tangere mala time.
Qui mordet, morietur, quem gerit igne coruscum,
Mordentes gladio protinus ille necat.

Doctri-

DOctrinæ paradisus, hic sciendi
Fert plantam, referensq; Poma vitę,
Fert lignum tibi, perge, sed peritè,
Ac prudens adhibeto vim legendi.

Si vis te vegetare, sunt edendi,
Fructus; at reuerenter, atque ritè
Sed si dens Canis, vrget, ipse scitè,
Nil tangens cohibeto vim videndi.

Thomas vtraque Planta, quæ sereno
Stat Cœlo, simul affluens vtroque
Fructu, iam viridante, iamq; amæno.

Is recto, bonus; improbo, maloque
Mors est; accipientis ex veneno.
Sed per se bonus, inuido proboquè.

Dispu-

DIſputant Verbum, Patris ore natum;
Atque Doctrinæ rutilans Abyſſus.
Angeli ſpectant Pugiles, ad iſta
Verba feruntur.

Quodlibet prorsùs Dubium, ſuperno
Fonte guſtato, ſapiens abundè,
Ritè ſoluiſti, ſuperſtq; tantùm
Quæſtio noſtra.

Vt placet, promptè famulans; agonem,
Territus quamuis, minimè recuſo:
Dummodo aſsiſtat mihi ſemper aucta
Gratia Verbi.

De Deo Thomas bene ſcripſit; ergò,
Quod Deus rectè eſt ſibi redditurus.
Præmium pangat meritum labori
Doctor Aquinas.

De Deo ſcripſi benè; certus ergò
Dictus haud fallax Habitus, requirit
Euidens reddi. faciet quòd alti
Viſio Regis.

O pium, cunctis meritò canendum,
Grande Reſponſum, valdè retorquens
Verba ſupræmi Sapientis alma.
Cui Decus omne.

Reue-

NOS FR. IO. BAPTISTA DE MARINIS Sac. Theol. Profess. Ord. Prædicatorum Humilis Magister Generalis, & seruus.

MVneris Nostri ratio expostulat, vt Viros doctrina insignes, morumque integritate conspicuos, qui pro Animarum salute, & Religionis Nostræ augmento, diu laborare, & iugitèr laborare dignoscimus, sincera dilectione prosequamur. Quare cum Adm. Reu. P. Magister Frater Hyacinthus de Rugerijs Atripaldensis Prouinciæ Nostræ Regni Ordinis præfati Typis committere optet Librũ cuius Titulus est, SVMMVLA THEOLOGIAE S. THOMAE AQVINATIS, & ex commissione Nostra, ab Ad. RR. PP. Magistris P. F. Ioanne Nolano, & P. F. Thoma Tomassono reuisum, & approbatum fuerit, & super hoc Nostrum requisiuerit licentiam: cuius petitioni annuere volentes, præfatam licentiam tenore præsentium elargimur, seruatis omnibus, quæ secundum Decreta Sac. Concil. Trident & Constitutiones Apostolicas super hoc editas de impressione librorum, & eorum vsu seruari debent. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. In quorum fidem &c. Datum Romæ in Nostro Conuentu S. Mariæ super Mineruam die 12. Nouembris 1651.

Fr. Io. Baptista de Marinis Magist. Ord.

Loco ✠ Sigilli.

Fr. Bernardinus de Venetijs Mag. & Soc.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſsimo P.S.P.A. Magiſt.

Aſcanius Riualdus Viceſg.

Imprimatur.

Fr. Vincentius Fanus Magiſt. & Socius Reuerendiſs. P.M.S.P.A.

LIBER PRIMVS.

DOctrinam canto Angelici Doctoris,
Quã Sapientia ſummi Dei, laudauit,
Cæptis aſpira, Patris, Verbi, Amoris,
Lux alma, & qua propitia nemo errauit.
Vt munere præſtãtia tui ſplendoris,
Metra, quæ rudis mea cõceptio ſtrauit,
Conformia dictis Angeli de Aquino
Prodeant, & almo grata ſint MARINO.

Poſt multa inſignia, quæ per Orbem fuſa,
Omnibus erant admirationi,
Ex gratia ſibi cælitus refuſa,
Ieiunio addictus, & orationi;
Cælicus Doctor veniens ad recluſa
Intimiori ſuæ cognitioni:
Illam, cui Chriſtus ipſe benedixit,
Summam Doctrinã, verbis hiſce dixit:

1. Doctrina reuelata, est necessaria ,
Præter Physicas nostras disciplinas :
Quæ- Ob ens naturam superans, & varia
stio 1. Quæ potest Ratio circa res diuinas.
Nõ enim cognoscũtur hæc plenaria
Notitia, naturales per doctrinas ,
Vt fit per istam, modo certiore,
A multis,atq;breui,& absq; errore.

2. Et cum principia , sibi reuelata
A Deo, Doctrina sacra certò credat;
Indeque ex illis notis in beata
Scientia Dei rectissimè procedat .
Scientia est quidẽ, sed subalternata,
Et quæ ex reuelatis sibi incedat ;
Vt sub physica est Astrologia ;
Et Perspectiua sub Geometria .

3. Et quoniã, sicut est formale obiectũ ;
Sic vnitas attenditur potentiæ ;
Ad illud namq;dicit hæc respectum
E ratione propriæ suæ tendentiæ ;
Et pariter si vnum est subiectum
Formale , datur vnitas scientiæ :
Sacra Doctrina est vna;vt vna est ra-
Eius sub qua, diuina reuelatio. (tio

Pra-

4. Practicas omnes, & ſpeculatrices
Scientias phyloſophicas tranſcēdit.
Speculatiua,& practica,ergo dices
Quòd ſit,& quod ad ſpecularplus tē
Actus namq;diuinos,ac fęlices (dit:
Scrutator principaliùs,& oſtendit:
Minuſque principalitèr humanos
Actus exponit pios,ac prophanos.

5. Scientiæ naturales, vel ſubiecti
Præſtantia, dignitatē ſibi acquirunt,
Vel quia ſunt certiores, & obiecti
Nexū,cognoſcunt;vbicūq; inquirūt:
Vel quia finis ad quē procurāt necti,
Vlterior fine eſt quē aliæ exquirūt.
Hinc dignior hęc,cui finis vita ęter.
Et certa ex Deo cōſpicit ſnperna.(na,

6. Maximè ſapientia eſt hæc Doctrina,
Abſolutè,& ſimplicitèr loquendo,
Nā quod eſt cauſa altiſsima,& diui-
Cūctorū,& primariò in eſsēdo (na;
Conſiderat hæc ſacra diſciplina
Superna quæque entia cognoſcēdo,
Nam quæ ſunt manifeſta ſoli Deo,
Sunt hac ſcriptura,reuelata ab eo.

7. Vt illud propter quod res sunt relatę
Ad potentiam, obiectũ est vocandũ,
Sic illud propter quod consideratæ
Sũt res, subiectũ propriè est appellãdũ
Hîc Deus, vt Deus, doctrinę reuelatę
Est formale subiectum æstimãdum;
Nã õne quod tractare est propriũ ei
Est Deus, aut stat sub ratione Dei.

8. Si aduersarius aliquid concedat;
Ex principijs scientiæ naturalis;
Argumentando contra eũ, procedit
Scientia princeps, & vniuersalis.
Sic ergo, ad illum qui ab ea recedit,
Scientia ista supernaturalis;
Si quædam dentur, argumentatiua
Est, & principiorum probatiua.

9. Quoniam à sensu ortum suum ducit
Omnis nostra cognitio ex sui natu-
Rectè similitudines inducit (ra;
Materialem, loquens in figura;
Cum ad superiora nos adducit
Reuelata diuinitùs scriptura:
Saltèm quia rudes, intellectualia
Faciliùs capiunt per materialia.
Etiam

10. Etiam ſub vna litera , ſcripturæ
Sacræ ſunt plures ſenſus affirmãdi :
Nã Auctor eius, Auctor eſt Naturę,
Dans rebus quoque vim ſignificãdi:
Significata ergò ex vòcum iure ,
Virtutem habent alia indicandi .
Res ergo ſenſum dant ſpiritualem ,
Vt ſenſum præbẽt voces literalem .

11. Cum per ſe notũ ſit id quod expreſsè
Terminis notis patet audienti ,
Quæ- Secundũ ſe loquendo, eſt Deũ eſſe ,
ſtio 2. Notitia, per ſe notum, euidenti .
Nam Deus eſt omnino ſuum eſſe,
Idque eſt propriũ ipſi primo Enti .
Cognito ergo quid ſit eſſe,& Deus ;
Qui negat Deũ eſſe,eſt pluſquã reus.

12. Cum toto hoc,ſecũdum nos loquẽdo,
Deum eſſe,dici nequit per ſe notũ .
Nã demõſtrare id poteſt, recurrẽdo
Ad eaquę nouit,ſapiẽs; nẽpe ad motũ
Et ſic, ex noto ad ſensũ procedẽdo,
Manifeſtare id quod eſt ignotum:
Et demonſtrare à poſteriori ,
Id quod probari nequit à priori .

13. In causis ordinatis, prima datur,
Quæ nequit esse causa sui ipsius;
Cum nec in infinitum procedatur,
Neque seipso aliquid sit prius.
Hæc autẽ causa est, qua gubernatur
Mundus, & causat necessaria illius.
Est ergo Deus. eò quod oportet esse
Quod prima est causa, & norma, &
(ens necesse.

14. Nullũ corpus est mouẽs, aut mouetur
Si ab alio ipsum, motũ, non existit,
Quæ- Nobilius etiam corpore habetur
stio 3. Id in quo vitæ ratio consistit.
Sed Deus ens nobilissimũ censetur;
Et mouẽs alia, immobilis subsistit.
Deus ergo nõ est corpus, eo quod ẽtiũ
Dignissimũ, & primũ est mouẽtium.

15. Impossibile est materiam esse
In Deo, cũ sit materia ẽs in potẽtia:
Et Deus sit purus actus, & quod esse
Ipsius est idẽ prorsùs quod essentia:
Et quia sicut ad formas, sic necesse
Est, quòd ad esse, habeãnt se Agẽtia.
Deus primũ Agẽs, & causarũ norma,
Oportet quod sit primò, & per se for
ma,

Idem

16. Idem quod ſua eſſentia, vel natura,
Eſt Deus; cũ ex materia nõ cõſiſtat,
Oportet enim cum ſit forma pura
Quòd & per ſe, indiuidua ſubſiſtat;
Et non ſicut corporea creatura,
Per aliud ab eſſentia, Hoc exiſtat.
Deus ergo, eſt ſua Deitas, & vita, (ta.
Et omne quod ſua forma eſt infini-

17. Sicut quod habet ignem, eſſe ignitũ,
Si non eſt ignis, dicere eſt neceſſe:
Sic eſt participatum, & finitum,
Illud quod habet eſſe, & nõ eſt eſſe.
At cũ ſit Deus, eſsẽtia ſua; infinitũ
Et per eſſentiam ens, oportet eſſe.
Vt ergo Deus eſt idem ipſi Deo,
Eſsentia, & eſſe, idem ſunt in eo.

18. Nec propriè Deus in generis menſura
Dicendus eſt, nec per reductionem;
Cum alijs nãque in generis natura,
Nõ habet Deus communicationẽ.
Nec differt eſſe ab eſſentia pura
Illius, ſecundùm rei diſtinctionem,
Nec eſt principium generis vnius
Tantùm, aut huius Eſſe; ſed totius.

19. Per accidẽs,aut per ſe,nõ poteſt dari,
Accidens vllum in Diuina eſsentia;
Nam debent ad ſubiectũ cõparari
Sicut actus illius, accidentia;
De Deo autẽ nequit affirmari (tia.
Quod ſit,aut poſsit eſſe ens in potẽ-
Vt etiam,quia nil in Deo cauſatur,
Fluens ab ipſo,accidens,negatur.

20. Omne quod eſt compoſitũ, ſupponit
Ea quæ componũt ipſum,ſe priora;
Sed eo quod prima eſt cauſa, & oĩa
Patet quod oĩa ſint poſteriora (ponit
Deum ergo nihil penitùs componit
Cum entia nulla eo ſint anteriora.
Deus ergo non cõpoſitus vocãdus,
Sed eſt omninò ſimplex affirmãdus.

21. Deus ita eſt ſimplex,vt in aliorum
Venire nequeat compoſitionem.
Nã nulla exiſtit pars cõpoſitorum;
Quæ primi entis habeat rationem.
Pars enim omnis, participatorum
Eſſentiam habet, & conditionem;
Vel in potẽtia eſt ens. At ſua eſsẽtia
Deus eſt; & nullo modo ens in po-
tentia. Eſ-

22. Efficiens est, secundùm quod efficiẽs,
In actu; & per cõsequens, perfectũ;
Quæstio 4. Hoc est cui nihil deest, & sufficiens
Habet suo modo, esse in actu, & rectũ
Deus verò est primũ agens, & perfi-
Vt ei placet, quẽlibet effectũ (ciẽs,
Cũ ergo id primi agẽtis ratio portet,
Deum esse perfectissimum oportet.

23. Est Deus vniuersaliter perfectus,
Et omnium sunt in eo perfectiones.
Nã sunt à causa æquiuoca, defectus
Effectuũ, longe ac imperfectiones;
Et sunt in illa omnes, quas effectus
Habet in se, perfecti ratione. (ua,
Deus verò est causa æquiuoca acti-
Oĩum suprema, & oĩum productiua;

24. Sunt creaturæ vt à Deo causatæ,
Solum similitudine aliquali]
Deo similes; & non pro æqualitate;
Vt æqualiter album albo æquali.
Similes enim sunt in entitate
Finita, & quadã via proportionali;
Nec Deus assimilatur; sed hac via;
Assimilat res sibi, analogia.

25. Secundũ rẽ sunt idem Ens, & bonum,
Sed tamen ratione sunt distincta.
Quæ- Nã licèt hoc in quãtũ ens, sit bonũ,
stio 5. Est bono appetibilitas aduincta.
Vndè ex diuersitate rationum, (cta;
Quibus & ens, & bonũ sunt pręcin-
Oportet quod hęc duo distinguãtur,
Et ad inuicem tamen conuertãtur.

26. Quod primò cadit in conceptionem
Nostri intellectus, rem concipiẽtis;
Est illo prius secundùm rationem
Quod sequitur in actu intelligẽtis.
Res autem venit in cognitionem,
Prout est actu, aut dicit actũ entis.
Priùs ergò ens, quã bonũ, cognosce-
Et ratione prius eo, dicetur. (tur,

27. Quodlibet ens, in quantũ ens, dicẽdũ
Est bonũ; nã est bonũ quod perfe-
Perfectũ verò illud est cẽsẽdũ, (ctũ.
Quod est in actu, vel est actu affectũ
Ens ergo in quãntũ ens st diligẽdũ
(Vel saltẽ diligibile) aut dilectum,
Nam ens habet, vt sic, perfectionẽ,
Et consequenter, boni rationem.

Bo-

28. Bonũ eſt quod appetitur à cunctis,
Et cõſtat quod in hoc eſt finis ratio.
Sequitur ergo ex his duobus iũctis,
Quod bono cõgruẽs eſt finalizatio.
Sed in cauſato, ex alijs ei cõiunctis,
Vt clarè oſtendit ignis generatio;
Efficientis cauſæ, & formalis
Rationes, ſupponit ratio talis.

29. Neceſse eſt, perfecto nil deeſſe
Secundùm modũ ſuæ perfectionis.
Cum ergo omne ens oporteat eſſe
Quod eſt per formã ſuæ cõditionis,
Et eam determinari ſit neceſse,
Et vim habere inclinationis,
Ratio boni in quo perfectio ſiſtit
In ſpecie, modo, & ordine conſiſtit.

30. Quia id per quod eſt motus expeditus,
Vt medio quodam, vtile extimatur,
Res verò in qua motus eſt finitus,
Eſt quid honeſtũ, quia per ſe amatur.
Et illud quod eſt quies Appetitus,
Eſt id in quo affectus delectatur,
Dant bonum analogicè digeſtum,
Vtilè, delectabile, & honeſtum.

31. Conuenit Deo præcipuè esse bonum,
Quia Deus est perfectissimũ Agen-
Quæ- Nã Agẽs ipsa vi productionũ (tiũ.
stio 6. Rerũ ab ipso Agente dependentiũ,
Appetibilitatis monstrat bonum
Similes suæ causando formas entiũ.
Et per hanc sui participationem
Appetit propriam suã perfectionẽ.

32. Cum nec in ratione speciei
Nec generis, aut ordinis vllius
Conueniat summa efficientia Dei
Cum actione huius, aut illius;
Sed primæ causæ æquiuocæ, sit ei
Conueniens ratio;& propria ipsius;
Deus nõ modo est bonũ adiectiuè,
Sed ipsum summũ bonũ substãtiuè.

33. Est bonus solus Deus per essentiam,
Vt solus per essentiã est perfectus.
Nam solus Deus habet excellentiã,
Quod solũ causa sit,& nõ effectus.
In solo Deo nil est per adiacẽtiam,
Solus ad finẽ Deus non est directus
In solo Deo, essentia est suum esse,
Solúque bonũ, Deum oportet esse.

Quia

34. Quia Deus Agens est vniuersale,
Et prima causa omnis entitatis,
Bonumque esse, est illi essentiale,
Assimilationem dans creatis.
Exemplare effectiuum, & finale
Totius est principium bonitatis,
Hic vt à primo bono, à Deo dicũtur
Bona; quæcũq; ab ipso producuntur.

35. Materia cùm per formã terminatur
Perficitur, cum sit in se imperfecta.
Quæ- Forma cùm per materiã limitatur,
stio 7. Nõ dicitur quòd sit per eã perfecta.
Sed amplitudo ipsius determinatur
Quã priùs habebat, à materia, secta:
Est ergo Deus, cum sic nõ sit finitus
Perfectissimus actus infinitus.

36. Simpliciter nequaquam potest esse
Aliquid præter Deum, infinitum.
Nam ens materiale, est necesse
Quod & materia, & forma sit fini-
Spirituale autem, suum esse, (tum.
Non est, sed suo esse est vnitum.
Simpliciter sunt ergo limitata
Quæ sunt secũdùm quid illimitata.

Non

37. Non modò infinitũ propria eſsentia,
Ex cæpto primo ente, nequit dari.
Sed cum determinata accidentia
Finitas formas debeant comitari,
Non poteſt,niſi tantum in potentia,
Magnitudo infinita aſſignari,
Etiam ſi mathematicè fingatur;
Nam ſic à ſua figura terminatur.

38. Sicut non poteſt dari latitudo
Actu infinita,quia cũ forma pugnat,
Et neque infinita longitudo
Quia ipsã figuratio propria impu-
Sic infinita in actu multitudo (gnat;
Tã per ſe,quã per accidẽs repugnat.
Nam multitudo quælibet creàta,
Intentione Dei, eſt limitata.

39. Deus eſt in rebus omnibus. nõ quidẽ
Vt pars eſsẽtiæ,aut accidẽs illarum:
Quæ- Sed vt Agens in aliquid, eidem
ſtio 8. Adeſt, vt eſt per rationem clarum.
Nam eſt,quod mouet aliquò,ibidẽ;
Secũdum modum virium ſuarum.
Deus ergò causãs Eſſe;in re quacũq;
Eſt intimè, vt & Eſſe eſt cuicũque.
Deus

40. Deus est vbique,vt præbẽs locatiuam
Virtutem omni loco, & loci Esse.
Et replet omnẽ locũ, per actiuam
Potentiã; sicq; vbique oportet esse.
Non quod vt corpus,per circũscrip-
Locationem possit loco inesse. (tiuã
Sed quia dat Esse omnibus locatis
Quę replẽt loca,ex causa quãtitatis.

41. Vt Rex in Regno est Deus in orbe toto;
Nã sua potẽtia ad omnia se extẽdit.
In omni ente vt sibi aperto,& noto
Est Deus;nã Deus oĩa cõprehendit.
Est in quocũq:ab eo causato,& moto
Nã cũctis rebus esse Deus prętẽdit.
Est ergo Deus vbiq; ex pia sentẽtia;
Potentia,& præsentia, & essentia.

42. Primò, & per se,Creator est vbique.
Cũ non secũdùm partẽ sit in ente,
Nec sit in re per accidens; eique
Hoc propriũ est.reipsa,hæc docẽte.
Nã quæ sunt loca,sunt à Deo,Deiq;
Virtute constant, omnia dirigente;
Et alia quæcumque haberent Esse,
Solùm virtute Dei possent esse.

Cum

43. Cũ Deus sit primũ ens, nõ potest dari
Aliqua in eo potentia passiua.
Quæstio 9. Nam hæc, posterior debet affirmari
Actu, & virtute ad actũ reductiua.
Non potest ergo Deus variari
Eo quod est causa omniũ primitiua;
Sed prorsus immutabilis habetur,
Cum, in potẽtia esse, in eo, nõ detur.

44. Immutabile esse, est proprium Dei
Simpliciter loquendo & absolutè
De facto namque, proprium est ei
Non esse ab alterius virtute.
Et quod non possit hoc, creatæ rei
Concedi, est asserendum resolutè
Nã semper possunt, sicut sunt ab eo
Redigi cuncta in nihilum à Deo.

45. Cum tempus sit mẽsura quædã recta
Motus, in quo est partiũ successio;
Quæstio 10. Aeternitas è contra habetur secta
Ab eo quod est partium progressio.
Est enim tota simul, & perfecta
Vitæ interminabilis possessio.
Nam ipsa interminabilis mensurat
Ens vniforme, & quod perpetuò du-
rat. Opor-

46. Oportet quòd æternitas sequatur,
Immutabilitatis rationem,
Vt oportet quòd Tẽpus cõsequatur
Partiũ,quę in motu sũt successionẽ.
Cum ergo à Deo prorsùs arceatur
Potentia omnis, ad mutationem;
Deus est maximè ęternus,imò & ra-
Est ipsa æternitatis,ac duratio. (tio.

47. Vt ergò Deus est maximè vniformis
Eo quod est immutabile sublime;
Ita est ęternus maximè;sed Formis
Alijs tribuere æternitatem, time.
Nã verè& propriè,ęternitas,cõformis
Est soli Deo, qui sĩplex est apprimè
Cætera tamen entia superna (na.
Quodãmodo,& impropriè sũt ęter-

48. Tota simul æternitas, existit
Et est mensura Esse permanentis.
Tẽpus verò mensura est,quę cõsistit
In ratione successiui entis.
Pars enim prior motus nõ coëxistit
Sequenti,sed vim habet recedẽtis.
Tempus ergo per se, ab æternitate
Aliud est,ex propria quidditate.

Aeuum,

49. Aeuum, veluti medium, constitutum
Est inter tempus, & æternitatem,
Nam est in se, vt permanēs statutū,
Sed iunctam habet mutabilitatem.
Et Esse quod mensurat, institutum
Habet ipsius, & formalitatem.
Hoc vero æternitati nequit dari,
Et tempus in se oportet variari.

50. Nō modò ipsum Aeuū, Post, & Ante,
Vt Tēpus, in Essentia suà nō stringit
Sed neque multitudine errante
Aut ordinata, & firma se compingit.
Est nàmque vnum tantū, vero stāte
Quod mēsurari quodlibet cōtingit
Per primum sui generis. quo pacto
In æuiternis accidit de facto.

51. Ens illud quod est simplex, est necesse
Quòd indiuisum sit actu, & potētia.
Quæstio 11. Compositumque Ens, nō habet Esse
Si priùs non sint vnita componētia.
Oportet ergo & ipsum vnum esse,
Et indiuisa esse cuncta Entia.
Enti ergò, solam indiuisionem
Addit vnum per propriā rationem.

Nu-

52. Numerus, multitudo est mensurata
Per vnum,quod principiũ est illius.
Vnũ verò transcendens,est cui data
Est indiuisio , sicut ratio ipsius .
Multa, diuisione sunt causata
Et sic sunt alia à ratione vnius.
Hinc vt diuisis,vel vt mensuratis
Vnum opponi multis, liquet satis.

53. Sicut vnum & multa non sunt idem,
Sed ab inuicem planè distinguũtur;
Sic & vnus est Deus, & idem
Quęcũque nũ sunt vnũ opponũtur.
Ab eo quà vnũ, distinguũtur quidẽ
Ad ipsum tamen,cũcta reducũtur.
Nã Deus,& causa cuiusuis effectus,
Et vnus est,quia sũmè est perfectus.

54. Quia quæ sunt multa,Esse in se recisũ,
Habere, prout multa,est necesse ;
Et omne quod est vnũ, indiuisum i
Ex opposito iure, oportet esse. (sũ
Ens verò est Deus,nec actu in se diu
Neque potentia,cum sit suum esse.
Deus est maximè vnus,vt subsistens
In se per se,& cuncta in ipso sistẽs.

An-

55. Angelicus & noster intellectus
Videre Deum potest per essentiam;
Quæ- Est enim reprobabilis defectus,
stio Naturę, inanem dicere, tendentiam;
12. Vidédi autem causam visi effectus
Natura in nos inseruit appetentiā:
At hæc naturæ est pōdus, indirectè;
Vt est actus elicitus directè.

56. Deus per creatam speciē nō videtur,
Neque videri potest; purè, & clarè
Cū species adequata Dei non detur
Nec possit eam vis infinita dare.
Nam Deus per illā circūscriberetur,
Et sic oportet illam repugnare;
Cum nulla imaginabili potentia,
Possit Diuina circumscribi Essentia.

57. Impossibile est quòd videatur
Deus aliqua potentia sensitiua.
Non enim à materia eleuatur
Vt intellectus, & vis volitiua;
Sed organo corporeo alligatur
Quęlibet sensuum vis cognoscitiua.
Et corporalis actus non transcendit
Corporea, & sic ad Deū nō ascendit.

Crea-

58. Creatus intellectus, suæ naturæ
Vi sola, Deum nequit intueri;
Cognitio nãque, tantùm potest iure
Quo ĩ cognoscẽte, est cognitũ, haberi.
Quòd verò in Esse, excedit creaturæ
Modum, in ea nõ debet quis fateri.
Apparet autem quod creatæ rei
Modum, superexcedit Esse Dei.

59. Cũ non sufficiat ergo ad Deũ videndũ
Quidditatiuè, mẽtis nostrę acumen;
Per supernaturale est disponendum,
Quia supernaturale est visũ Numẽ.
Hinc sequitur ad clarè Deũ cẽrnẽdũ
Requiri in intellectu glorię lumen,
Per quod Deiformis factus intellect⁹
Ad clarè Deũ videndũ sit erectus.

60. Ad id quod amans vult, per voluntatẽ
Quodammodo fit aptus, & paratus.
Maiorem ergo habens charitatem
Erit maiori lumine donatus.
Maiorem ergo habebit facultatem
Ad Deum vidẽdũ, plus illuminatus.
Vndè qui plus de lumine habebit,
Perfectiùs, cõsequentèr Deũ videbit.

Quia

61. Quia cognoſcentes, ſolũ apprehendũt
Res, quę nõ sũt omnimodè intellectę,
Beati, Deum nequaquã cõprehendũt
Nam cognitus ab eis, nõ eſt perfectè.
Aciem nãque in Deum nõ intendũt
Quã maximè, ſed ſolùm imperfectè,
Ideſt finito lumine, finitè
Cum & videri poſſit infinitè.

62. Non omnia creatus intellectus (tia,
Quæ facit Deus, vel sũt in Dei potẽ-
Videre poteſt quando eſt euectus
Ad Deũ videndũ ſua Diuina Eſsẽtiã.
Nã vt virtute in cauſa ſunt effectus,
Sic ſunt in Deo, ab ipſo alia, entia.
Sicut igitur Deum non cõprehendit,
Nec ad vidẽdũ cũcta in eo, ſe extẽdit.

63. Quæ in Deo Beati vident, nõ vidẽtur
Ab eis per ſpecies aliquas creatas
Nam ipſi res quaſcumque intuentur
Vident Eſsentia Dei repræſentatas.
Quia ſicut quãdo inſe cognoſcerẽtur,
Eſſet, per proprias ſpecies illis datas,
Sic, non in Deo; cognitio de rebus
Eſset, ex aliorum ſpeciebus.

64. Ea quæ Beati intelligunt in Deo,
Simul oportet quòd intelligantur
Cũ per eſſentiã Dei, ſint viſa in eo,
Et non per plures ſpecies videãtur.
Non enim ſucceſsiuè homo, & leo
Aut alia per eam repræſentantur,
Sed ſimul omnia sũt repręsẽtata (ta
In verbo, & ſic sũt viſa, & proſpecta.

65. Videri ab eo qui eſt viator tantùm
Deus per eſsẽtiã nequit in hac vita.
Nos enim hic cognoſcimus in quãtũ
Cognita obiecta sũt materiæ vnita.
Inquãtũ verò à sẽſu abſtracta, intãtũ
Mẽs Pauli & priuilegio præmunita,
Quidditatiuè Deum contẽplabatur;
Sed hoc citra miraculum nõ datur.

66. Per naturalem tamen rationem,
Poſſumus nos mortales Deum ſcire
Quantũ ad ea quæ ſuã per actionẽ
Nos ſcimus, primæ cauſæ cõuenire.
Ad illam nãq; Dei cognitionem,
Poſsumus ex natura peruenire
Ad quã cognitio ſenſibilium ducit;
Sed nos ad quid eſt Deus, hæc non
perducit.

Per

67. Per gratiam verò altior Dei cognitio
Habetur, quàm per lumẽ naturale.
Nam fit ſcientiæ noſtræ acquiſitio
Per ipſum lumen intellectuale;
Et per phantaſma cuius eſt cõditio
Quod nõ tranſcẽdat ens materiale.
At gratia, noſtrũ, lumẽ facit rectius,
Et quãdoq; phãtaſma dat perfectius.

68. Nomine Deus à nobis aliquali,
Poteſt ex creaturis nominari.
Quæ- Conceptui namq; debet voce ęquali
ſtio Res omnis intellecta, nuncupari.
13. Eſt enim vox cõceptus nota; & quali
Gradu, res ſcitur, debet explicari.
Nos verò Deũ, vt eſt in ſe neſcimus;
Tãtumq; ex creaturis illum ſcimus.

69. Subſtantiã Dei, non dicit, prædicatum
Quod eſt ad creaturas relatiuum,
Nec per formale ſuũ repræſentatũ
Significat eandem, negatiuum.
Iuxta formale ſuum ſignificatum
Nomẽ hoc dat quod eſt affirmatiuũ;
Sed quia per creaturas repræſentat,
Non eã perfectè præſentare tentat.

Quan-

70. Quantū ad id quod nomina loquūtur,
Nomina quædam leges in ſcripturis,
Quę propriè Deo cōueniūt,ac iūgūtur
Et magis propriè Deo,quā creaturis.
Perfectiones enim, quæ dicuntur,
In Deo ſunt eminentiùs,& ſui iuris:
Sed qui ſignificādi modum ſpectat,
Impropriè tātū nomē Deo cōnectat.

71. Cum nomina,quę Deo ſunt attributa
Significent diuerſas rationes.
Nam ſpeciebus noſtra mens induta,
De Deo diuerſas dat conceptiones:
Sicut Creator, iuxtà ſua ſtatuta
Diuerſas rerum dat perfectiones.
Synonima non ſunt,ſed differentia;
Rem vnam nihilominus dicentia.

72. Hæc nomina, de Deo, & creatura
Vniuocè non poſſunt prædicari:
Non enim poteſt aliqua natura
Creata, Dei virtuti æqualis dari.
Et quia nil poteſt, ad diuerſa iura
De Deo ex Creaturis affirmari;
Nec etiā purè æquiuocè affirmantur;
Sed per analogiam prædicantur.

B Nam

73. Nam quæ ſtant metaphoricè, vt Leo,
Sunt prius de creaturis affirmanda:
Quę verò propriè, vt bon⁹, pri⁹ de Deo
Quoad rē quā dicũt, ſunt enunciāda:
Cum creaturæ bonitas ab eo
Manet, & ſit vt opus ſuum laudanda,
Sed vocum impoſitio ſpectata,
Dat primùm creaturis prædicata.

74. Creata non ſe habent relatiuè,
Niſi prout in tempore conduntur:
Et ideo neque ad Deum cõparatiuè,
Niſi tantum in tempore dicuntur.
Hic ea quę Deo cõueniũt reſpectiuè,
Prout ad eum, creata referuntur,
Sunt quædam noſtræ rationis entia
Ex tempore ipſi Deo conuenientia:

75. Sed quę intellectum, atque voluntatē
Sũt cõſequẽtia, omnino ab eis ſecerno
Nam hæc ſecundùm omnē veritatē
Firmiter Deo cõueniunt ab æterno.
Cum autē dico Deum, vel Deitatem
Si à quo nomē imponitur, nõ cerno,
Denoto ſupra omnem creaturam,
Non operationem, ſed naturam.

Deus

76. Deus nõ eſt nomen pluribus, re vera,
Propriè communicabile, dicendum ;
Sed ſolùm per metaphoram, vt cera
Dicitur lignum facile ad ardendum.
Vel per opinionem, vt cum Fera
Creditur Numen ſanctũ,& colẽdum.
Nam cum eſſentia Dei ſit ſuum eſſe,
Quòd non multiplicetur eſt neceſſe.

77. Vniuoce, de Deo per naturam,
Atque de Deo per opinionem,
Aut de Deo ſecundum Dei figuram
Seù quandam Dei participationem ;
Nõ prædicatur Deus. Hęc enim purã
Eamdẽque Dei non habent rationẽ.
Sed partim eadem, ratio eſt ipſorum
Partim diuerſa; vt ratio analogorum.

78. Cum eſſe Dei, ſit ipſa Dei eſſentia.
Et per, Qui eſt, notetur ipſum eſſe ;
Et ipſa Dei ſignetur exiſtentia
Solùm, vt præſens ; vt oportet eſſe ;
Et omnia in his eſſe differentia
Nomina alia, pateat expreſsè
Maximè proprium Nomen Dei eſt,
Et principalius alijs, Qui eſt.

79. Affirmatiuæ Propositiones
De Deo formari possunt,& formãtur:
Nã quæcumque de Deo cognitiones
In nostris intellectibus causantur,
Non nisi per diuersas rationes
Considerandi Deum, originantur.
Et sic non dicunt Dei identitatem,
Iuxtà omnimodam eius vnitatem.

LIBER SECVNDVS.

Poſtquam Doctor Angelicus expreſſit
Quòd Deus de facto à parte rei conſi-
Et ad ſimplicitatẽ Dei proceſſit (ſtit;
Qua perfectus,& optimus ſubſiſtit.
Et ad infinitatem quoque acceſsit,
Et dixit quod vbique Deus exiſtit
Immobilis, æternus, in eſſentia
Vnus, & viſus lucida euidentia.

Edocuit perquam rutilo ſermone,
Quomodo Deus à nobis nominetur;
Et nominum aperta ratione,
Illius præcipuè quod plus ei debetur;
Dixit de ipſa Dei cognitione,
Scilicet quòd in Deo ſcientia detur
Practica ſimul, & ſpeculatiua,
Et Entium quorumuis cõprehẽſiua.

Et verba de Ideis, de veritate
De vita Dei, parturijt consequẽtia,
Et etiam de Diuina voluntate
De Amore, de Diuina prouidentia.
Dixit an sint violentia res arctatæ
Per eã; Quę nã sint ei subiecta entia.
Quomodo Deo cõueniat; an cũ me-
Vel sine agẽte aliquo intermedio. (dio

Et docuit quid sit Prædestinatio,
An Deo conueniat, & qua missione,
Vtrum Prædestinationis recta ratio
Discriminetur ab electione.
Non defuit de Potentia disputatio
Non de Fælicitatis ratione;
Et sic de his, & alijs, ad loquendum
Processit, ac ad verum edocendum.

80. In Deo ste perfectissimè scientia,
Cum sit omninò immaterialis.
Quæ- Nam immaterialitas dat entia,
stio Intellectiua; vt causa virtualis.
14. Vnde & nequeunt esse intelligentia;
Ea quorum forma est materialis,
Et sũt cognoscitiua nullo modo. (do:
Quæ sũt materię omninò arctatá no

Co-

81. Cognitum, aliud eſt à cognoſcente,
Et tantùm, quod hoc eſt potentiale.
Cum ergo in Deo, ſe intelligente,
Nec ſit potentia, nec ſit aliud tale:
Vtpotè eſſe, ab æterno, habente
Idem eſſentiæ, & prorſus actuale:
Quod ſciens, & ſcitũ, idẽ ſint; expoſcit
Ratio. & ſic Deus, ſe per ſe cognoſcit.

82. Quia tãta eſt virtus Dei cognoſcitiua,
Quanta eſt actualitas eſſendi;
Eo quod, virtus ipſius intellectiua,
Ex actualitate eſt exiſtendi:
Immensè eſt acies Dei, intuitiua:
Vndè & perfectè ea poteſt cõprehẽ-
Nã ita eſt per ipſum intellectũ, (di.
Sicut eſt cognoſcibile, obiectum.

83. Idẽ in Deo ſunt Forma, & Eſſe ipſius
Eſtq; Eſsentia, Forma, & Actus; Eſſe.
Vnde cum intelligere illius
Dicamus ſpeciei actum eſſe;
Et illud quod Eſſentiam dixi priùs,
Idem eſſe, quod ſpecies, ſit neceſſe;
Intelligere Dei eſt ſua Eſſentia
Sicut actus in eo, eſt ſua potentia.

84. Quia Deus à Deo cognoſcitur perfectè,
Ab ipſo eſt etiam virtus eius ſcita.
Et vt non eſt virtutis imperfectæ.
Cum ſe ad Entia extendat infinita;
Sic pariter vt eam cognoſcat rectè,
Scit illa Entia in ſeipſo vnita:
Hoc eſt, in ſe, ſeipſum intuendo;
Sed alia non in ipſis cognoſcendo.

85. Cum propria ſtet cuiuslibet natura
Aliquo in modo Deum participandi;
Deus vero videat in Eſsentia pura
Quemlibet modum ſe cõmunicãdi:
Propria cognitione, creatura
Quælibet, nota eſt ei, cum vi cauſãdi.
Quod, ſi nõ eſſet; nec per ſuã Eſsétiã
Deus perfectè ſciret ſuam Potentiã.

86. Non eſt aliquo modo, diſcurſiua,
Scientia Dei, ſed eſt ſimul tota.
Non enim eſt cognitio ſucceſſiua
Cũ, hæc, per eã, poſt illa, non fit nota.
Nec eſt cognitio ſui augmentatiua,
Cum non pergat ex notis ad ignota.
Deus ergo, ſimul oĩa, in ipſo ſpectat
Nilq; poſt aliud, aut ex alio inſpectat.

Scien-

87. Scientia Dei ad omnes res creatas
Ita ſe habet cum volitione ;
Sicut & ars , ad artificiatas :
Adiuncta ſibi inclinatione :
Artifex autem res determinatas
Propria per eam producit actione .
Per eã ergo & Deus. Eſt ergo verum
Quod eſt ſcientia Dei cauſa rerum.

88. Omnia quæcũq ſunt, à Deo ſciuntur,
Quouis ſint modo,ſua Diuina eſsẽtia,
Vndè per Dei ſciẽtiam cognoſcũtur ,
Etiam quæ ſunt ſimpliciter nõ entia.
Hæc enim,modo aliquo,dicuntur
Habere eſſe in aliqua potentia
Quæ ſiuè ſit in rebus, ſiuè in Deo
Comprehendi ſupponitur ab eo .

89. Quæ poſsunt rei accidere, perfecta
Cognitio,petit quòd ſint etiam ſcita.
Vndè ſunt mala etiam,Deo detecta ,
Cum ſit ſcientia eius infinita
Hoc ipſo,qòod ab eo ſunt intellecta,
Quæ Bona, bonitate ſunt finita ;
Per bonum nãq;malum rectè ſcitur
Quia vt priuatio boni diffinitur .

90. Cognoſcit Deus entia ſingularia,
Ab ipſo Omnipotenti Deo, creata,
Nã virtus,& ſciẽtia in eo ſunt paria,
Et illa ſunt per hanc, à Deo cauſata.
Sũtque ab eſſentia Dei, Particularia
Nedum res in communi, aſſimilata;
Et magis quàm in nobis intellectio
Ipſorum,debet eſſe in Deo,perfectio.

91. Deus cognoſcit in Diuina eſsentia,
Quæcumq;ſunt,quæcũq;poſſunt eſſe:
Nã,quod ſint oĩa,ſimul Deo pręsẽtia,
Per ſuã immẽſam Formã,eſt neceſſe.
Cũ ergo cuncta, vt ſimul exiſtentia,
Actu in æternitate habeant eſſe;
Cognoſcit Deus in actu infinita,
Et ſi in propria menſura nõ ſint ita.

92. Cum Deus cognoſcat in æternitate
Per infinitã ſpeciem ens quodcũque,
Et ea cognoſcit, quæ cauſalitate,
Futura ſunt,ipſius aut cuiuſcumque.
Vndè in ſua præſentialitate,
Futura contingentia ſcit quæcũque.
Non enim Deus entia cuncta ſciret;
Si, cũ & hæc ſint entia,hęc neſciret.

Cum

93. Cū omnia quæ in potentia radicātur
Quæcūq; Deus ſciat Diuina eſſentia;
Et eſſe enunciabilia ſciantur
In intellectus hominis potentia.
Oportet quod à Deo cognoſcantur,
Simplici tamen ſua intelligentia.
Non enim,ſicut noſtra,ſpecies Dei,
Hoc ſine illo repræſentat ei.

94. Scientia Dei non eſt variabilis,
Eo quod,ſcietia Dei,eſt Dei ſubſtātia,
Quę proculdubio,oīnò eſt īmutabilis,
Et eam mutari poſſe eſt repugnantia,
Vnde & quòd ſit omninò inuariabi-
Scientiæ Diuinæ & præſtantia. (lis,
Dicere namque iſtam variabilem,
Eſſet & illam dicere mutabilem.

95. Scientia Dei eſt ſpeculatiua,
Et practica,reſpectu diuerſorum.
Dei namque,ſolùm eſt cognoſcitiua,
Dum Deus nō ſit in ſerie operatorū.
Eſt autem cognoſcendo operatiua
Reſpectu factibilium, & factorum.
Et tamen id quod homo ſpeculatur;
Multò perfectiùs Deus cōtemplatur.

96. Cum rei fiédæ exemplar, ſit in mente
Illius, qui Agens eſt per intellectum:
Quæ- Oportet eſſe in primo Efficiente
ſtio Ideas obiectiuè, ad ſuum effectum.
15. Cum nihil vnquã à ſupremo Agente
Vel ſit conficiendum, vel confectum;
Niſi, per omnium rerum productiuã
Potentiam ipſius intellectiuam:

97. Quia Mũdi, in quo effectus sũt diuerſi,
Ordo, in Diuina eſt intelligentia;
Licèt Idea totius Vniuerſi
Tãtùm ſit vna, ideſt Diuina Eſſentia;
Vt in ſpeculi facie puri, ac terſi,
Plura, & varia exẽplata apparẽt entia;
Diſtincta, ratione; & plura, & varia
In Deo relucent rerum exemplaria.

98. Cum ſit Idea principium factionis
Et etiam principium cognoſcendi:
Et eſt exemplar; & cognitionis
Eſt ratio; & debet ſic ad oĩa extendi.
Nã vt principium eſt productionis,
Eſt omniũ, quibus ipſa, eſt causa eſsẽdi.
Vt ratio verò, eſt omnium factorum,
Et quorumcũqe à Deo cognitorum.

In-

99. Intellectus ad verum ordinatur
Vt ad terminũ suũ quod sit perfectus.
Quæ- Vndè cum ipse in se perficiatur
stio Non autem extra se, sicut affectus;
16. Verum, à quo & verus appellatur,
In semetipso habet intellectus.
Et tamen vt Ideis conformantur;
Res, veræ secundariò nuncupantur.

100. Quia propriè sumpta veritas, cẽsetur
Intellectus, & rei, conformatio;
In illo tantùm intellectu habetur,
In quo est affirmatio, & negatio;
Nam nisi rem sic esse iudicetur
Non erit formæ debitæ applicatio;
Nec indebitã formam remouemus,
Nisi rem, sic non esse, iudicemus.

101. Verum vt sic acceptũ à quocunque,
Ordinem dicit ad cognitionem;
Et prout esse habet ens quodcunque,
Cognoscibilis habet rationem,
Et solùm addit, verum qualecũque,
Ad intellectum comparationem.
Ens igitur & verum conuertuntur,
Et solùm ratione distinguuntur.

Licèt

102. Licèt ſuppoſitaliter, cum ente,
Bonum,& verum planè conuertãtur,
Diuerſa tamen interueniente
Ratione, diſtincta enunciantur.
Bono ad Effectum, ordine dicente
Et vero ad ea,quę entia contẽplãtur.
Hinc verum bono eſt priùs ratione;
Nam prior cognitiò eſt volitione.

103. Quia Veritas eſt propriè, & omninò,
Intellectus conformitas, & rei;
Prorſuſque eſt intellectui diuino
Conforme, immò & idem eſſe Dei:
Veritas eſt in ente vno, & trino,
Et Veritatem eſſe,eſt proprium ei.
Cumq; ab eo res omnes habeãt eſſe,
Quòd ſit Veritas prima,eſt neceſse.

104. Per prius in intellectu eſt increato
Veritas & in rebus ſecundariò,
Ordine ad intellectum poſtulatò
Diuinum, de quo dicitur primariò.
Vndè in intellectu eſt creato,
Multiplex,ſtãte in ipſo,obiecto vario;
Sed vna in Deo.Nã quod analogatur,
In primo tantùm,propriè ſaluatur.

Crea-

105. Creatæ mentis Veritas, æterna
Non eſt; vt nec creatus intellectus:
Nec ea,quæ enũciatur nota externa;
Aut ea quã habẽt qualeſcũq;effectus.
Nam omnes iſtæ dicunt ad interna,
Ideſt ad mentes,proprios reſpectus.
Eſt ergo ſolùm Verbum Dei,æternũ;
Reſpiciens intellectum coęternum.

106. Veritas,quæ in creato eſt intellectu,
Poteſt mutari,vt res, vel vt potentia,
Vnius opinionis ex defectu,
Quem ſequitur oppoſita ſententia:
Veritas verò ſumpta Dei reſpectu,
Per quam dicuntur vera cũcta entia;
Prout in intellectu eſt Diuino,
Cenſetur immutabilis omninò.

107. Prout falſo intellectu enunciantur;
Aut falſa exteriori oratione;
Quæ- Res naturales,falſæ nuncupantur,
ſtio Non propria falſitatis ratione.
17. Et Entia quædam falſa nominantur
Ex poſsibili falſa opinione,
Vt patet in ſimilium ſpeciebus;
Falſitas ergo, vtcunque eſt in rebus,

Sicut

108. Sicut ſenſus habere veritatem ,
Non cognitã per ſenſus, affirmamus;
Sic & ipſos habere falſitatem ,
Non cognitam per eos,enunciamus:
Quia,non,vt eſt, per illos, entitatem
Senſibilẽ,quãdoq;iudicamus. (tingit,
At circa propria obiecta,hoc nõ con-
Per ſe;nã ea ſic ſenſus rectè attingit.

109. Reſpectu quodquid eſt,per ſe loquẽ-
Falſitas nequit eſſe in intellectu. (do
Nam ſpecie ſtante,mens intelligẽdo,
Nõ eſt,(vt nec res,forma) cũ defectu.
Sed ſicut cõponẽdo,& diuidẽdo (ctu;
Per ſe,quandoq;eſt falſa ex falſo eſſe-
Si quid non rectè miſceat quidditati
Per accidens,obnoxia eſt falſitati.

110. Verum,& falſum,inter ſe opponũtur,
Non ſicut affirmatio,& negatio ;
Nec ſicut in ſubiecto diſtinguntur
Habitus,& oppoſita priuatio ;
Sed,vt propriè cõtraria,ſe inſequũtur;
Cum ſit in eis contrariorum ratio.
Rei namque ponit adæquationem,
Verum;falſumque inadæquationem.

Eorum

111. Eorum propriè est viuere quę agētia
Se, vel seipsis; valent appellari:
Quæstio 18. Cōuenit enim quæ non sunt viuētia,
Distincta ab eis, quę viuūt nūcupari:
Ex eo quod, hęc, nō illa, vt se mouētia
Contingit apud nos manifestari:
Hinc, manifestè viuere Animantia,
Asserimus: non autem Vegetantia,

112. Quia viuere, viuentibus est esse (cto,
Et vita est id quod viuere in abstra-
Vita propriè loquendo, est necesse
Quòd non sit operatio, vllo pacto.(sè
Nã quòd substãtia propriè sit, expres-
Patet ex esse ad viuere contracto.
Et tamen vt viuēdi est propriè ratio;
Est impropriè vitalis operatio.

113. Quoniam aliqua viuere dicuntur
Prout ex semetipsis operantur;
Non verò vt ab alijs iaciuntur
Vel mota sunt, aut etiam agitantur;
Ea quæ minus moueri intelliguntur,
Viuentia perfectiùs, nuncupantur.
Cum ergò nullū sit moueri in Deo,
Vita maximè propriè est in eo.

Sicut

114. Sicut in Deo est viuere perfectum;
Sic viuere, intelligere est ipsius.
Et sicut idem sunt in ipso, obiectum,
Intellectus, & actio istius;
Sic quid est in Deo, vt intellectum,
Ipsum viuere est, vel vita illius.
Sũt ergò omnia in Deo, vita perfecta;
Cum omnia sint in eo, vt intellecta.

115. Appetit res quæcunque naturalis,
Suã formã, tanquã suum perfectiuũ.
Quæstio 19. Vnde & habet res materialis,
Principium in se appetitiuum.
Pariter ergo res rationalis
Principium in se habet volitiuum.
Vt, ergò, intellectiuam facultatem,
Oportet esse in Deo voluntatem.

116. Res naturales nedum propriũ bonũ,
Appetunt, verum etiam aliorum.
Vnde per viam communicationum,
Similia causantur Perfectorum.
Et multo magis est, perfectionum
Volitio, in nobis plurium volitorum.
Deus, ergò, vt sũmũ Bonũ, vult se esse,
Et alia; & se diffundens, eis prodesse.

Deus

117\. Deus abſolutè,ad propriam bonitatẽ,
Habitudinem dicit neceſſariam .
Vult ergò ſe,non per neceſsitatem
Ex ſuppoſitione,ſed primariam .
Alia verò vult per libertatem
Simpliciter, dignamq; omnifariam,
Quia Deus abſq;omni alio,etiã datur;
At omne aliud,ſine Deo,negatur,

118\. Deus eſse nequit, ex neceſsitate
Naturæ , cauſa operum ſuorum .
Non enim eſſent res determinatæ ,
Cum vis naturæ ſit infinitorum .
Vndè oportet quod ex voluntate
Libera omninò, cauſa ſit illorum .
Per eam namque, Entia ſunt finita ,
Cum nulla intentio ſit ad infinita .

119\. Cauſam non habet vllã Dei volitio,
Cum ipſa conſequatur intellectum .
Sed ſicut non cauſatur Dei cognitio ,
Ex noto ad incognitum obiectum ;
Sic vno actu cauſat appetitio
Diuina,cauſam ipſam, & effectum
Non enim finem vult antecedenter,
Et ea quæ ſunt ad finẽ, ſubſequẽter .

Quia

120 .Quia Dei volitio,eſt cauſa vniuerſalis,
Semper oportet quod adimpleatur
Sicut,quia cauſa omnium formalis,
Eſt Ens , ab eo nil eſt quod ſubtraha-
Ordo ſiquidẽ cauſæ generalis . (tur.
Particularium ſeries amplexatur :
Vnde quod fallit,hãnc,in illã tranſit,
Sed ſeriem generalem nõ pertranſit:

121.Cũ nec ſubſtãtia Dei,nec Dei ſciẽtia ,
Mutari poſſit,vt nec eius Eſſe ;
Quamquã volitio Dei,quædã entia
Velit & faciat mutabilia eſſe ;
Quod ſit voluntas eius,vt Eſſentia ,
Immutabilis prorſus, eſt neceſſe .
Nam qualis eſt ſubſtãtia,& cognitio;
Talis eſt ; eas conſequens volitio .

122. Cum cauſa habet efficacitatem ,
Nõ ſolũ rẽ,ſed modum rei diſponit ,
Sicut virtutis ob debilitatem ,
Nõ omne id quod vult,in illa ponit.
Voluntas ergo Dei , neceſsitatem
Non vniuerſis volitis imponit :
Sed vt efficax ſummè , contingentes
Quaſdam res facit ac deficientes .

Nil

123. Nil magis quàm ſua bonitas amatur
A Deo,cum ſit ſuprema bonitatum.
Vndè quia culpa illi aduerſatur;
Nullarum culpas amat voluntatum.
Sed cum Iuſtitia ab ipſo diligatur,
Vult pœnã,quę debetur ob peccatũ.
Et quia naturæ ordo eſt dilectus
Ab ipſo, naturales vult defectus.

124. Quia liberum arbitrium negamus,
Reſpectu neceſſariò volitorum.
Solumque illud rectè affirmamus
Reſpectu Entium liberè amatorum;
Vndè & Brutis illud denegamus,
Eo quod,naturę inſtinctu,eſt actio il-
Quod liberũ arbitriũ ſit in Deo,(lorũ:
Patet ex modo quo vult alia ab eo.

125. In Deo nõ modò eſt propriè ponẽda
Voluntas,beneplaciti appellata;
Sed ea quæ metaphorica eſt dicenda
Ideſt voluntas ſigni nuncupata.
Nam ſigna voluntatis exprimenda,
Voluntas aliquando ſunt vocata.
Cum, ira Dei dicta ſit,punitio;
Et Dei præceptũ dictum ſit volitio.

Quin-

126. Quinque sunt signa voluntatis Dei
Scilicet, Prohibitio, Mandatum,
Consilium, Actio, & Permissio rei,
Quæ nequit esse obiectũ Deo gratũ.
Quod autem signa hæc cõueniant ei
Per sacra Biblia est indubitatum;
Ac etiã quia per quinque hęc ostẽdit
Quòd hoc, aut illud aliquis intendit.

127. Amor est in quocumque est volitio,
Eo quod est primus actus voluntatis.
Quæstio 20. Est enim boni in aliquo appetitio,
Nullis conditionibus spectatis.
Vndè sicut in Deo est cognitio,
Amabilis ab ipso bonitatis,
Ita in illo est amor, ac dilectio.
Qua bonitas ametur, & perfectio.

128. Quia verò Esse est quoddã Bonũ rei,
Omne quod est, in quãtũ est, est Bonũ
Vndè dicendum est, quod Amor Dei
Cunctarum claudẽs vim dilectionũ,
Sit omnium cuiuscunque speciei
Vt existentes sunt perfectionum.
Deus igitur vt causat cuncta Entia,
Sic amat vniuersa existentia.

Deus

129\. Deus amat diuersimodè vniuersa,
Licèt volitio Dei non varietur,
Cũ Bonitas quę in rebus est dispersa,
Ab ipsa voluntate Dei causetur.
Vt ergò Bonitate sunt aspersa
Hæc plusquã illa, idq; à Deo donetur;
Hæc amat plusquã illa. Nãq; amare,
In Deo est velle Bonum, & causare.

130\. Et quoniam Dei volitio, Bonitatis
Rerum, est causa, & ipsa Dei dilectio,
Et iuxta imperium suæ voluntatis
In hac plusquam in illa est perfectio;
Dicendum est quod amor Deitatis
A quo remota est omnis imperfe-
Vt illis meliora hæc producit, (ctio,
Ad hæc plusquam ad illa se inducit.

131\. In Deo iustitia est distributiua,
Cum det iuxta cuiusque dignitatem.
Quæ- Non tamen est in eo commutatiua,
stio Nam nemo ei dedit ad ęqualitatem;
21\. Nec prior, vt postea Dei retributiua
Manus ei retribueret largitatem.
Iustus ergo dicendus est Creator,
Eo quod punitor est, & præmiator.

In

132. In intellectus adæquatione
Ac rei ; consistit veritas quæcumque
Mens autem Dei , comparatione
Ad rem ab eo creatã qualecumque
Se habet in mensuræ ratione
Eo quod cõformat sibi rẽ quãcũque,
Hinc Dei iustitia qua res ordinantur
Est veritas qua res Deo conformãtur.

133. Misericordia, quantum ad effectum,
Maximè Deo est attribuenda .
Nã licèt Deus non habeat effectum
Tristitiæ,quæ miseria est dicenda ;
A nobis tamen miseris, defectum ,
Cùm est miseria nostra depellenda;
Maximè tollit ; stante ratione
Suæ Bonitatis , ac perfectione .

134. In omni Dei opere est necesse
Quòd sit Iustitia, & Misericordia .
Illa, quia facit Entia cuncta esse
Diuinæ legi ac Ideæ , concordia ,
Ista, eo quod illius supponit Esse ,
A quo sunt rerum omniũ primordia
Nã prima ratio ob quã res sũt creatę
Sumitur ex Diuina Bonitate .

Quia

135. Quia Deus Creator est per intellectũ;
Omniũ, in mẽte Dei, præexistit ratio.
Quæstio 22. Et quia per ipsam ordinat effectum,
In mente Dei est rerum ordinatio.
Cumque dicamus ordinem perfectũ,
Quando in vltimum finẽ est relatio;
In Deo est perfecta prouidentia,
Qua ordinat ad se creata entia.

136. Ordini artis omnia subduntur,
Modica etiam, artificiata;
Vnde & Prouidentiæ, supponuntur
Diuinæ, entia quælibet creata.
A Deo enim omnia cognoscuntur,
Et sic ad eum sunt cuncta ordinata,
Nõ in communi solùm, & primaria,
Sed in particulari, & secundaria.

137. Prouidet cunctis Deus immediatè
Prout Prouidẽtia est ordo rei prouisę.
Nam causis rerum, sunt virtutes datę
Ab ipso, prout sunt ab eo præuisę.
Et etiam res minimæ creatæ
Per rationes suas, in Deo, sunt visæ.
Gubernat tamen hæc inferiora,
Prouisor summus, per superiora.

C Quia

138. Quia exigit perfectio Vniuersi,
Quod sint in ipso,oẽs gradus Entium,
Effectus quidam sunt in eo dispersi
De numero,ac de serie cõtingẽtium.
Sed alij quidam sunt ab eo diuersi
In linea, necessario existentium.
Vnde prouidit Deus necessarias
His effectibus, causas, illis, varias.

139. Deo conueniens est prædestinare
Ad eum rationales creaturas.
Quæstio 23. Nam hoc,est eas in finem ordinare
Qui rerum omniũ superat Naturas.
Alias necesse foret affirmare,
Illas ad Deum non esse peruenturas.
Est igitur in Deo Prædestinatio
Vt pars Prudẽtię,& trãsmittẽdi ratio.

140. Cum sit pars Prouidentiæ,nihil ponit
Prædestinatio in Prædestinatis,
Quo ad ordinẽ quo deus nõ disponit
Ad libitum suæ celsæ voluntatis.
At quo ad Guberniũ,aliquid apponit
Sumptũ passiue, in nobis gubernatis:
Hoc autẽ est actiue in gubernante,
Vt est Prædestinatio in Ordinante.

Cum

141. Cum ſpectet ad Diuinam Prouidétiã,
Quòd Homines ad Deum ordinétur;
Ad ipſam quoque ſpectat Sapientiã,
Quód aliqui pro culpis reprobentur.
Et ſic iuxta Diuinam Præſcientiam
Non vniuerſi Homines ſaluentur.
Sed quoſdam efficaciter tranſmittat,
Et deficere quoſdam Deus permittat.

142. Electio in Deo poſt dilectionem,
Intelligit quòd ſit, humana ratio;
Et in eodem poſt electionem,
Concipimus quod ſit Prædeſtinatio.
Nam patet quòd ſecundum rationé,
Ad Deum nõ eſt quorũdã ordinatio;
Niſi quia ſunt dilecti,& amati,
Præ illis,qui à Deo ſunt reprobati.

143. Aeterna Præſcientia meritorum
Cauſa non eſt Prædeſtinationis.
Nam licèt huius merita,aut illorum,
Sint cauſa iſtis,aut illis bonis;
Tamen totalis omnium factorum
Cauſa eſt, ex parte, Dei volitionis.
Oportet ergò quòd à Deo perfectus
Totus Prædeſtinationis ſit effectus.

144. Efficaciæ Diuinæ ratione,
Quæ nullũ poteſt claudere defectũ,
Prædeſtinatio ex Dei volitione
Certiſsimè conſequitur effectum.
Hunc veró abſque rei coactione
Dicimus omnifariam perfectum.
Nam Deus iuxta illius exigentiam,
Dat causã, quæ nõ tollat cõtingẽtiã;

145. Numerus quoque Prædeſtinatorum,
Etiam materialitèr loquendo,
Certus eſt Deo, qui nouit Electorum
Numerum, hos, & illos diligendo.
Nam nullum Agens, eſt infinitorum,
Hoc ipſo quòd procedit intendendo.
Sed omne Agens vult determinata,
Et cognita per ipſum & amata;

146. Ex eo quòd per sãctos Deus rogatur,
Quoad ipſam Dei præordinationem,
Prædeſtinatio minimé iuuatur
Sed ſolùm quoad exequtionem.
Aliquis enim non prædeſtinatur
Per alicuius Sancti orationem.
Sed ad Prædeſtinationẽ exequendã,
Præordinauit Deus precẽ fundẽdam.

147. Id quod Prædestinatio, est Liber vitæ,
Eo quòd Prædestinati in eo sũt scri-
Quæ Sicut electi ad consilium ritè, (pti.
stio Appellabantur iam, Patres cõscripti.
24. Et etiam quia memoriæ stabilitæ,
Signãtur, qui in mẽte sunt descripti.
Firmiter namque tenet Dei notitia
Quos vult æterna perfrui lætitia.

148. Est propriè Liber vitæ ex respectu
Aternæ gloriæ Prædestinatorum.
Nã qui dicuntur scripti in intellectu;
Ad finem sunt non ex natura ipsorũ.
Est autem finis ex diuino affectu
Supra naturam omnium Electorum
Dandus in Hierosolima superna,
Perpetua vita & gloria sempiterna.

149. Est Liber vitæ ipsa Dei conscriptio
Ordinatorum ad æternam vitam.
Et vt à Deo procedit hæc descriptio
Prædestinante ad gloriam infinitam;
Nullus ex ea deletur; nã est scriptio
Ad simpliciter gloriam stabilitam.
Vt autem est à gratia qua meretur
Quis gloriã; hic, aut ille ex ea deletur.

150. In Deo non est Potentia passiua,
Cum ipsa dicat imperfectionem;
Quæ- Sed est in eo Potentia summè actiua,
stio Quia summã dicit hæc perfectioné.
25. Eo quod hęc, Virtus est principiatiua
In aliud per propriam actionem;
Et sicut Ens est actu, & perfectum,
Sic est in eo Potentia ad effectum.

251. Est autem Dei Potentia infinita,
Quia suum Esse, non est limitatum.
Non enim est receptum Esse; & ita
Oportet ipsum esse illimitatum.
Cum ergo Essentia Dei non sit finita
Eo quod est Esse suum increatum;
Infinita Potentia est in Deo,
Vt Essentia qua agit est in eo.

152. Oportet Deum esse Omnipotentem
Respectu possibilium cunctorum;
Quæ scilicet non dicunt euidentem,
Aut quamuis repugnãtiã terminorũ.
Nam Esse Dei quod fundat existété
In Deo Potentiam actuum suorum,
Ad nullum limitatur genus Entis,
Et sic in Deo est ratio Omnipotẽtis.

Quia,

153. Quia, Non fuerũt ea quæ iã fuerunt;
Expressam dicit contradictionem
Vt sedet,& non sedet, secum ferunt
Contradictoriorum rationem,
Et sic, sederunt ,atque non sederunt
Eamdem dicunt oppositionem;
Facere Deus non potest non fuisse
Præterita; vt sedisse,& non sedisse.

154. Quia sapientia Dei non limitatur
Ad ordinem,qui rebus iam est datus,
Nam Finis, ob quem ordo iste datur,
Excedens est, & improportionatus.
Bonitas enim Dei,non adæquatur
Serie,quã habet Mundus iã creatus;
Potentiam, Deum habere ad faciẽdũ
Alia quàm quæ fecit,est dicendum.

155. Facere potest etiam meliora,
Illa quæ facit,ipsa Dei Potentia;
Non quãtum ad Essentiam potiora,
Sed ipsa rerum, non mutata Essẽtia.
Nam virtuosa, virtuosiora
Facere potest, summa Sapientia.
At quouis Facto,aliud Dei virtute
Effici potest melius, absolutè.

156. Beatitudo, Bonum, & perfectum
Ipsius Naturæ intellectualis,
Quæstio 26. A qua sit tale Bonum intellectum,
Per opus suæ Potentiæ vitalis.
Ab ea sicut à Domina directum
In ratione causæ principalis.
Cum ergò hæc sint, & maximè in
Beatitudo est maximè in eo. (Deo.

157. Res vnaquæque, suam perfectionem
Appetit appetitu naturali.
Et intellectus operationem
In quouis ente immateriali,
Summè perfecti habere rationem;
Patet ex ipsa vi intellectuali.
Deus ergò plusquam spiritus creatus,
Secundùm intellectum, est beatus.

158. Deus est, cuiuis Beato, ac Fælici,
Beatitudo, sumpta ex parte obiecti.
Nam vt intenti Essentiæ beatrici,
Angeli, & Iusti, in gloria sũt perfecti.
At sumpta ex parte actus, debet dici
Beatitudo cuiusuis Electi,
Quòd sit omninò aliquid creatum.
Nã solùm est in Deo, quid increatũ.

In

159. In Dei Beatitudine, eminenter
Eſt, quod in omni eſt fælicitate;
Siuè vt contemplatio eſt excedenter,
Siuè quod in terrena eſt voluptate.
Siuè ſumatur, vt eſt excellenter,
Aliquid in actiua facultate;
Nã Dei, sũmè perfecta eſt cõtẽplatio,
Gaudiũ eſt ſummum, ſumma & gubernatio.

LIBER TERTIVS.

SIc fatur, & arcanum Trinitatis
Aperit, breui ſtylo, & firmo, & claro;
Vt etiam abſoluta Deitatis
Aperuit omnia, cęlſo ingenio, ac raro;
Et omnibus ætherea veritatis
Rectis amicis, venerando, & charo.
Sic autem dixit ore ſacro, & mundo
Sublimia de myſterio tàm profundo.

160. Quia quando eſt intelligere perfectű,
Producitur in ipſo Intelligente
Quæ- Notitia rei, ſeu ipſum Intellectum,
ſtio Seu Verbű, quod & manet in Dicēte;
27. Ex eo quod Deus intelligit; Defectű
Quāuis excludēs; dicit in ſua Mente
Verbű Diuinum, quod eſt viua Imago
Dicentis, & Subſiſtens, Dei propago.

Et

161. Et quoniam Verbum dicitur à Deo
Per intellectum ; iam suadet ratio,
Quod Verbũ Dei sic maneat in eo ,
Vt Dictio ipsius sit Generatio .
Nam etsi cõprehendere eũ nõ queo,
Scio tamen quòd est vitæ operatio ,
Qua vt simile, à principio procedit
Cõiũcto,Verbũ quod creata excedit .

162. Cum propter intelligere , volitio
In intellectuali sit Natura ;
Sicut per intelligere est gignitio
Verbi, in rationali creatura ,
Ita & per velle, Amoris est æditio ,
Corporis , & materiæ scandens iura ,
Hinc in Diuinis, præter Verbũ natũ,
Colligimus Amorem,seù Spiratum .

163. Sed Generatio nequit appellari ,
Spiratio per quã Amor hic,spiratur .
Voluntas enim per assimilari ,
Vt intellectus, minimè actuatur .
In actu namque fit per inclinari
In illud quod per suũ velle amatur ,
Et tamen sicut sunt Spirantes, ita
Est Amor ; quia Natura est infinita .

164. In mente non est alia Processio,
Nisi per nosse, Verbi; & velle, Amoris.
Hinc tãtũ est in Deo, Verbi expressio
Per intellectionẽ summi Authoris,
Et coæterni Spiritus Progressio.
Per velle sempiterni Spiratoris.
Et sic habemus almam Trinitatem
Per intellectum, & per voluntatem.

165. Quando res habent inclinationem
Ad inuicem, secundũ suam naturam;
Quæstio Oportet inter eas relationem
28. Realem, affirmare surrecturam.
Hinc ad vtrãque in Deo Processionẽ
Materiæ expertem, & omninò purã,
Consurgunt Personarum coæquales
Relationes mutuæ reales.

166. Ea quæ in creatis rebus cognoscũtur
Habere suum esse accidentale;
Secũdùm quod in Deum trãsferũtur,
Non habent Esse, non substantiale.
Hinc vt Esse Respectuũ, qui ponũtur
In creatis, est accidens reale,
Sic realis Relatio, in Deo existens;
Non habet Esse, nisi Dei subsistens.

Cum

167. Cum ſit, vnius ad alterum Reſpectus,
Quaſi, Relationis definitio,
Et ſi præcedit actum intellectus,
In illa ſit realis oppoſitio,
Ac realis, (vt ordo ſit perſectus)
Diſtinctionis etiam poſitio:
Diſtinctio in Deo realis; (quę negatur
Quoad Abſoluta) in Relatiuis datur.

168. Quia quælibet Proceſſio, ſecum ducit
Principium, & illud quod procedit;
Quæuis ipſarũ duos ad hæc adducit
Oppoſitos Reſpectus, cùm accedit;
Et quia plures quã duos, non inducit
Iſta Proceſſio, aut illa; vel concedit;
Quatuor tantùm ſunt Relationes
Cùm duæ tantùm ſint Proceſsiones.

169. Quia per ſeipſas indiuiduantur
Subſtãtiæ quæque, & nõ vt accidẽtia;
Quæ- Indiuidua ſubſtantiæ, nuncupantur
ſtio Hypoſtaſes, & alijs præcellentia.
29. Sed quia Rationalia dominantur
Suis actibus, & ſunt per ſe Agentia;
Indiuidua ſubſtantia, Naturæ
Rationalis; Perſona, eſt dicta iure.
Prima

170. Prima ſubſtantia quatenus exiſtit
In ſe, eſt ſubſiſtentia nuncupanda.
Vt communis Natura in ea conſiſtit,
Res Naturæ cenſetur appellanda.
Vt ſubſtat accidenti, iam ſubſiſtit,
Subſtantia & Hypoſtaſis vocanda.
Quod autem voces hæ in ſubſtâtiali,
Perſona dicit in Rationali.

171. Cum excellenter, Deo ſit tribuendum
Totum illud quod eſt perfectionis,
Et nomen hoc, Perſona, ſit dicendum
Illius eſſe deſignationis,
Quod ſignat perfectiſſimũ, ponẽdum
In Natura capaci rationis;
Conueniens eſt, ſed excellentiori
Modo, quàm Creaturis, Creatori.

172. Iſtud nomen, Perſona; dici oportet
Quòd denotet in Deo Relationem;
Poſito quòd Relatio ſola importet,
Vt certum eſt, in Deo diſtinctionem;
Et quòd nomen Perſona ſecũ portet
Nomen, & Indiuidui rationem;
Illud nimirùm quod in ſe indiſtinctũ,
Eſt à quolibet alio diſtinctum.

Cum

173. Cum res subsistens, in Natura Dei;
Hoc nomine Persona, denotetur;
Quæ Et quod sit talis res, conueniat ei
stio Secundũ quod in ea Relatio habetur:
30. Cumque in Diuinis, & à parte rei
Relatio, non vna tantúm detur;
Multiplicata in Deo, Relatione;
Plures in Dei Natura, sunt Personæ.

174. Cum soli sit opposita Spiratio
Procesʃioni; per respectuum iura;
Patet quòd solùm triplex est relatio
Secũdùm rẽ distincta, in Dei Natura.
Paternitas nimirùm, Filiatio,
Atq; Procesʃio, ex Patre, & sua Figura.
Vndè in Diuina Essentia, non esse
Plures quã tres Personas, est necesse.

174. Nil in Diuinis ponunt numerales
Termini, præter indiuisionem;
Quãdoquidẽ, quia sunt trãscẽdẽtales,
Transcendunt quantitatis rationem.
Et denotant rem solã, cum sint tales;
Diuisionis per negationem.
Et sic; Tres; multa quidem indicabit;
Sed singula indiuisa commostrabit.

In-

176. Indiuiduo vago, comparatur
Personæ nomen, & non speciei;
Per ipsam namque non significatur
Commune quid communitate rei;
Sed ab alijs distinctum denotatur,
In quod subsistit in Natura Dei.
Communitate ergò rationis
Cōuenit nomē hoc, tribus Personis.

177. Pluralitatis nomen, Personarum
Numerum dicit indeterminatè;
Quæ- Et Trinitas, significat illarum
stio Numerum quoque, sed determinatè.
31. Trinitas ergò Subsistentiarum,
Quæ sunt seipsis inuicem relatæ;
Poni debet hoc ipso quod percepta
Pluralitas in Deo sit, vel concepta.

178. Dicēdū est quod Filius, Patri ęqualis,
Est alius ab æterno Genitore;
Hoc est, quòd Patri consubstantialis,
Eius Persona, est alia ab Auctore:
Nam sicut Aliud, generis neutralis;
Esse distinctum dicit in rigore:
Sic Alius, masculinè, Esse indistinctū
Importat, & suppositum distinctum.

Quan-

179. Quando non eſt Oratio exponenda
Per Trinitatis nomen adoratum ;
Termino Eſſentiali , non addenda
Eſt Dictio, Solus, velut prædicatum .
Non enim eſt oratio concedenda ;
Deus ſolus. Hoc eſt enim improbatū,
Si verò hęc Dictio, idē ſit quòd tātū,
Poterit addi Deo, ſic & in quantum .

180. Syncathegorematicè collecta (ſata,
(Hoc eſt pro Tātū) dictio mox præ-
Termino eſt etiam perſonali adiecta,
Si ab aliјs non excludat prædicata .
Nā, ſolus Pater, Deus: oratio eſt recta,
Si fuerit iſtis verbis reformata ;
Ille qui ſolus appellatur Pater
Eſt Deus; & ſermo tunc non erit ater.

181. Virtute propria noſter intellectus
Non niſi ex Creaturis Deū cognoſcit.
Quæ- Et cum hæ ſolum ducant vt effectus
ſtio In cauſam, illum qui creata agnoſcit;
32. Humana ratio propter ſui defectus
Solam virtutem creatiuam poſcit ;
Et quia ad Eſsētiæ hæc ſpectat vnita-
Diſcurſu nequeo ſcire Trinitatē : (tē

Vt

182. Vt subsistentia trium Personarum,
Nominibus concretis indicatur;
Sic etiam simplicitas earum,
Nominibus abstractis explicatur.
Et sic vnius Personæ vel duarum
Proprietas, rectè à nobis adsignatur.
Et dantur in Diuinis Notiones,
Hoc est, innotescendi rationes.

183. Hę quinque. Et ipsis Personarũ Ternitas
Est nota; eo quòd noscēdi, Notio est Ratio.
Et sunt, Innascibilitas, Paternitas
Spiratio communis, Filiatio,
Atque Processio. Et eis est æternitas
Aequalis & immensa gloriatio.
Quinarius verò ipsarum declarabitur;
Si Origo; & Qui, & à Quo, cōsiderabitũ.

184. De his quæ ad Fidē spectāt indirectè,
Hæreticum non est contrariè fari,
Nisi notorium sit, quòd Fidei rectæ,
Per consequens, contingat aduersari.
Hinc Notiones, etiam directè
Poterunt absque hæresi impugnari,
Nisi quid contra Fidem, vel sequatur
Vel sequi, ab Opinante censeatur.

Istud

185. Iſtud nomen, Principium, nil deſignat
Niſi illud à quo aliud procedit,
Quæ- Et è conuerſo nihil aliud ſignat
ſtio Id à quo eſt aliud; ſed in ipſum redit;
33: In principium inquã quòd adſignat,
Qui ſenſibus explicitis incedit.
Pater ergò Principium eſt æterni
Vnigeniti, & Doni coæterni.

186. Quia propriũ nomẽ cuiuſuis Perſonæ
Eſt quòd importat eius diſtinctiuum;
Et Patris nomen, ſua ſignatione
Paternitatis eſt deſignatiuum;
Hoc eſt illius, quod firma ratione
Perſonæ Patris eſt conſtitutiuum;
Pater, Perſonæ Patris, nomen propriũ
Eſt proculdubio, & nullo pacto im-
(proprium.

187. Pater, reſpectu Filij, per prius
Dicitur, quàm reſpectu creaturæ.
Nam Filius, non alterius, ſed ipſius
Aeterni Genitoris, eſt Naturæ;
Nos verò, ſolùm dicimur illius,
A quo creati fuimus, Figuræ.
Pater ergò de nobis ſecundariò;
De Filiò autem dicitur primariò.

Sicut

188. Sicut si Verbi originem accipio,
Videlicèt quòd sit à Patre genitum;
Sẽpiternum Principium de Principio:
Fateri debeo Patris Vnigenitum:
Sic etiã propriũm Patris, dũ concipio
Quòd ab alio nõ est, dico esse Ingenitũ;
Per quod, qui Pater est, indiuisibilis
A Filio, designatur innascibilis.

189. Quia Verbũ, propriè dicitur de Deo,
Prout Conceptum signat intellectus;
Quæstio 34. Et ideo Verbum noscere non queo
Discursu, qui sit verus, & perfectus;
Nisi quòd sit ab alio, de eo
Dicã, hoc est à Patre à quo & dilect⁹.
Verbũ in Deo nõ est essentiale
Nomen; sed verè, & propriè personale.

190. Ex eo quòd intellectus emanatio
Nomine Verbi venit designanda,
Quæ scilicèt æterna Generatio
Est in Diuinis propriè nuncupanda;
Et solum est conueniens eius ratio
Personæ; quæ est Filius appellanda;
Spectata ratione dictæ rei,
Verbũ est propriũ nomen Filij Dei.

Quo-

191. Quomodo ad Creaturas respectiuum
Sit, nomē Verbi; patet absque errore.
Nam solúmodo est Verbū expreſsiuū
Eius quod est in Deo Genitore:
Sed creaturæ, est etiam factiuum,
Quod ex alto processit Patris ore.
Quia Dei sciētia, est Dei cognoscitiua,
Sed creaturæ est etiam factiua.

192. Est id quòd propriè dicitur Imago,
Originata ab aliquo Figura;
Quæ-Et est veluti quædam rei propago,
stio Similis in specifica Natura.
35. Et ideo quando de Diuinis ago, (ra;
Nominibus, quę in sacra sūt Scriptu-
Censeo quòd personalitèr dicatur
Imago, & nō de Essentia proferatur.

193. Et quia similitudo speciei,
De ratione est Verbi, & non Amoris;
Imago est proprium nomē Filij Dei,
Vtpote Verbi summi Genitoris;
Nam licèt Amor quoque in esse rei
Accipiat speciem similem Auctoris;
Non habet eā ex modo procedendi;
Vt Filius, ex actu intelligendi.

Spi-

194. Spiritus sanctus ex vsu scripturæ;
Est proprium nomẽ tertiæ Personæ.
Quæstio 36. Nõ Nominum attento proprio iure
Sed duabus, vt vna dictione.
Nã, [quidquid petãt nominũ naturę]
Ex recta Ecclesiæ accomodatione,
Quod est commune Patri, Filioque;
Fit Proprium Procedẽtis ab vtroque.

195. Si à Filio non procederet; ab eo
Spiritus sanctus non distingueretur;
Cum solùm per oppositas, in Deo
Relationes, rei distinctio detur.
Tunc autem intelligere non queo
Quod ad illum se vera referretur.
Spiritus sanctus ergò, coæterno
A Filio, procedit ab æterno.

196. Genitus, non est medium, aut Ratio
Spirationis, vt est ab Auctore.
Quia tamen, Patris ipsamet spiratio
Per Filium terminatur in Amore;
Benè concedi potest hæc oratio;
Amor per Filiũ est à Genitore. (ctus,
Nã, quia ly, per, quãdoq; ex parte effe-
Denotat mediũ; sensus hic est rectus.

In

197. In quibus, inter eos, relationis
Realis, non distinguit oppositio;
Omnia vnum esse in Personis
Patris,& Filij, recta est positio.
Hinc rationem hanc distinctionis
Cum negat sancti Spiritus volitio;
Pater & Filius, vnum sunt Amoris
Principium, vna Forma Spiratoris.

198. Nomen Amoris, est essentiale
Prout refertur amans ad amatum;
Quæ Sed est Spiritus Sancti personale,
stio Secundum quod significat spiratum.
37. Nõ enim solùm tũc per Nomẽ tale
Actum amandi habemus indicatum;
Sed ipsam rem, quæ per dilectionem
Procedens, habet suam relationem.

199. Eo sensu quem intendimus dicendo,
Quod Arbor floret eo quẽ edit Flore;
Etiam notionaliter loquendo
Pater & Filius amant se Amore,
Quem scilicet producunt diligendo
Seipsos coæterno,& mutuo ardore.
Nam se notionaliter amare,
Est ipsum sanctum Spiritum spirare.

Cum

200. Cũ ſint Verbum, & Amor, Genitoris;
Secundùm quod ab ipſo originãtur;
Quæ- Et hominum; quia fit ex donatoris
ſtio Amore, quòd ab ipſis habeantur;
38. Perſonæ, Verbi, & ſui ſpirati Amoris
Oportet quòd vt Dona referantur,
Et ſic Perſonis iſtis appellari.
Nomine Doni competit, ac dari.

201. Propriè tamen appellatur Donum
Spiritus ſanctus, eo quòd Amor dãtis.
Nã ratio gratis dandi, eſt velle Bonũ,
Et Amor primũ Donum eſt amãtis.
Vndè non ſolùm Amor, dationum
Eſt ratio, ſed & datum eſt donantis;
Et tamen Filius quoque nobis datus
Dicitur, ſicut etiam nobis natus.

202. Quod in Natura eſt materiali
Suppoſitum, & res illius, vocatur;
Quæ- Perſona eſt in intellectuali
ſtio Et græca voce Hypoſtaſis notatur.
39. Cum ergo in ſummè immateriali,
Natura, id quod ſuppoſitum, dicatur;
In Deo manifeſta ratione
Eſsẽtia eſt illud idem quod Perſonæ.
Eſt

203. Est vna Essentia trium Personarum
In Deo,& tres Personæ vnius Essẽtię.
Nã quòd signetur hęc vt Forma illa-
Ex parte nostræ est intelligentiæ. (rũ
Qua & ad modum rerum creatarum
Diuinæ designantur subsistentiæ;
Sicut si Fidem Petri diceremus,
Et eum perfectæ Fidei, vocaremus.

204. Quæ denotant Essentiam substantiuè
De Tribus, singulariter dicuntur.
Quæ vero eam designant adiectiuè,
Pluraliter de Tribus proferuntur:
Nam sunt substantiæ sui constitutiuę
Per se; & sic in numerum dicuntur.
Sed accidentia; plura, per subiecta,
Dicuntur; cum sunt pluribus adiecta.

205. Quia nomen, Deus, ex modo denotãdi
Significat Naturam in se habente;
Vtimur illo, ex modo enunciandi,
Quandoq. vt pro Personis supponẽte.
Sed hoc, non iuncto termino creãdi,
Aut simili, Essentiam referente:
Nam tunc non essent sic suppositiua
Nomina Essentialia concretiua.

D No-

206. Nomina essentialia in abstracto
Supponere non possunt pro Personis.
Nã hoc, ipsa non habent vllo pacto,
Ex modo suæ significationis;
Quo tamen, opus est, cum re, cõpacto
Ad veritatem propositionis.
Deitas ergo importat formã puram,
Nõ verò eum, qui habet hãc naturã.

207. Nomina adiectiua Personalia
Non possunt de Essentia prædicari
Nam suppositum secum ferre, talia
Nomina; à nobis conuenit negari.
At substantiua (vt Filius, & alia)
De Deitate possunt affirmari,
Et hoc ex ratione identitatis
Essentiæ Diuinæ, & Trinitatis.

208. Nomina essentialia, approprianda
Personis sunt, per nos, vt magis nota.
Nam etsi ad illa, clarè inuestiganda
Sit nostræ mentis acies ægrota;
Ad Personalia tamen declaranda,
Se habẽt vt plùs nota, ad plùs ignota.
Et est hic, Personarum declaratio,
Per ipsa essentialia appropriatio.

Per-

209.Perſonis, ex creatis, attributa,
Eſſentialia ſunt conuenienter
Nã noſtra mens per noſtrã Fidé tuta
Ex eis ad Deum ducitur decentèr;
Et cùm fuerunt iſta, ex eis tributa
Cognita creatura fuit prudentèr;
Ideſt vt res,vt vna,vt productiua,
Tandemq;vt productorũ reſpectiua,

210.Relatio,vt quædã Res,eſt ipſa Eſsẽtia,
Et pariter Hæc, idem quòd Perſona.
Quæ Vt ergò Hæc, eſt idem quod Eſsẽtia,
ſtio Sic eſt relatio,idem quod Perſona.
40. Et,vt eſt Deus,& in Deo, Eſſentia;
Relatio eſt Perſona,& in Perſona.
Et ſicut vt Dei forma, in Deo, Eſsẽtia
Relatio vt forma ipſius eſt in Perſona.

211.In Perſonis Diuinis, non eſt dare
Niſi Eſſentiam,& Relationes.
Cum ergò nequeamus adſignare,
Per eam, diſtinctionum rationes;
Neceſſario debemus affirmare
Quòd Perſonarum ſint diſtinctiones,
Vigore Proprietatum Perſonarum,
Relationum ſcilicèt ipſarum.

212. Abſtractione poſita totali,
Per nos: Perſonæ ponitur defectus;
Et proprietate abſtracta Perſonali,
Hypoſtaſis aufertur intellectus.
Hac enim, velut cauſa ſua formali,
Perſona conſtituitur, vt effectus.
Sed aliquæ non ſunt Perſonæ ablatę,
Abſtracta Perſonarum proprietate.

213. Sicut præcedit ſaltèm ratione,
Agens aliquem actum ſuum realem;
Proprietas præcedit, vt Perſonæ.
Conſtitutiua, actum notionalem.
Qui tamen prior eſt Relatione,
Vt fundãs proprietatem Perſonalem,
Et iuxta quaſdam ſuas formalitates,
Præcedit Perſonarum Proprietates.

214. Diſtinctio in Diuinis importatur,
Secũdùm quòd origo eſt in Perſonis;
Quæ Origo autem ſolùm deſignatur,
ſtio Reſpectu illius, aut huius actionis.
41. Actio ergo in eis amplexatur
Innoteſcendi vim ſeu Notionis.
Perſonis ergò ſunt attribuendi
Actus, qui Notionales ſunt dicendi.

Pater

15. Pater ſicut eſt Deus, concomitante
Genuit æternum Filium, voluntate;
Non vero Velle ſuo principiante
Quo productæ fuerunt res creatæ.
Nam ſunt Perſonæ Dei, natura ſtante
Diuina, ad eſſe ſic, determinatæ.
Hinc actus Notionales voluntarij
Non ſunt; ſed vt Natura neceſſarij.

16. Filius non eſt de nihilo. Cùm factus
Non ſit; ſed de ſubſtantia Patris tota.
Nam hæc, ſicut puriſsimus eſt actus,
Sic à partitione eſt remota.
Hinc, eſſe, de nõ ente, nõ eſt nactu,
Amor, qui eſt in Trinitatis Rota.
Vt patet ergò per inſtantias tales,
De aliquo ſunt, actus Notionales.

17. Cum, vt Principium Generationis.
Aeternum Patrem nos intelligamus;
Patremque, & Filium, vt Spirationis
Principiũ, conſequẽter cognoſcamus:
Illius, & huius operationis
Potentiam, oportet quòd ponamus.
Neceſse eſt ergò quòd potẽtia detur,
Quæ ad actus Notionales ordinetur.

218. Cum id quo Agens agit, sit Potentia;
Hoc est id quod est ratio operandi;
Potentia Genitiua, & ipsa Essentia,
Quæ scilicet est ratio generandi.
Non enim relatiua subsistētia, (lādi,
Quę propria est Patri, est ratio assimi
Potentia ergò essentiam præsignabit;
Relationem verò connotabit.

219. Quia, constitutas, per Relationes
Necesse est Personas affirmari;
Ad plures actuum terminationes
Notionalium; opus est negari.
Nam non sunt plures Filiationes;
Et sic nec plures Filij possunt dari.
Et paritèr non sunt plures Amores,
Nec plures in Diuinis Genitores.

220. Quoniam æquale, est negatione
Minoris, & maioris quantitatis;
Quæstio 42. Et Essentia Diuina, id est Personæ,
Quod quantitas, his rebus est creatis.
Ponere opus est, quòd ratione
Supremæ, ac simplicissimæ vnitatis,
Quæ in Essentia est; non inæquales
Sint Personæ Diuinæ, sed æquales.

Cum

221. Cum non generet Pater voluntate,
Neque per succesſiuam actionem;
Sed natura; Ab æterno ex puritate
Immenſa, habente in ſe perfectionē;
Et omni excluſa mutabilitate,
Per Spiritalem operationem:
Filius æterni Patris, eſt æternus
Vt & Amor, vtrique eſt coæternus.

222. Cum ſemper ordo ex comparatione
Ad aliquod Principium, dicatur;
Ex originis autem ratione
Principium in Diuinis attendatur;
Origo verò cuiuſuis Perſonæ,
Abſque prioritate rei ſumatur:
Patet quòd abſque rei prioritate,
Originis eſt ordo in Trinitate.

223. Cum non ſit aliud, magnitudo rei,
Quam Diuinæ perfectio Naturæ;
Et Filius, eiuſdem ſpeciei
Cum Patre ſit, natiuitatis iure.
Et ab æterno id conueniat ei
Ex vi non ſucceſsiuæ genituræ:
Immēſa in magnitudine, eſt habēdus
Patri, ab æterno æqualis, ac dicendus.

224\. Patris, & Filij, est eadem Essentia;
Suntque Pater, & Filius, Relatiua.
Est Filius, Patris ex intelligentia,
Prout fœcunda,& Verbi productiua.
Idcirco, Deitas; mutua conuertentia;
Originisque Ratio vnitiua;
Tripliciter in Patre dicunt Natum,
Et è conuerso. Et pariter Spiratum.

225\. Id quod Potentia dicitur agendi,
Perfectionem sequitur Naturæ.
Propterea tanta est vis efficiendi
Quanta & perfectio ipsa creaturæ.
In Potestate ergò sunt dicendi
Aequales,& immensæ vnius Mésurę,
Deus Pater,Deus Filius, & amborum
Amor,cũ eadem sit perfectio ipsorũ.

226\. Ad eũ,qui mittit;vt à quo procedit,
Respectum,necessariò dicit missus.
Quæstio 43. Et ad terminũ quoq;ad quẽ accedit,
Prout ad ibi essendum, est emissus.
Conuenit ergò mitti ei quem dedit
Pater, & qui in lege fuit promissus:
Eò quod ab innascibili processit
Et carnem assumẽdo ad nos accessit.

Exi-

227. Exitus, & Processio Verbi Dei ,
Sút ab æterno ad intra,vt generatio .
Ad extra verò, in tempore ; vt rei
Ad quam processit , facta est creatio.
Vnde & conuenire possunt ei ,
Temporaliter tātùm,misio,& datio ;
Vt ipsi Generatio; & coæterno,
Spiritui, *Spiratio*; ab æterno .

228. Secundùm grátiam gratum faciétem
Solummodò,inuisibilis est misio ;
Nam Diuinam Personam existétem
In eo requirit,ad quem est emisio ;
Idque non est, nisi in recipientem
A Deo ponatur noui modi admisio;
Hunc auté nouum modú est necesse
Per gratiam gratum facientem, esse.

229.Cum missio in Diuinis,id importet ,
Quod est ab alio originem habere ;
Et Patri hoc non conueniat : oportet
Pátrem ab alio mitti non decere .
Cumque id Verbi origo secú portet,
Nec aliud contra possit apparere ;
Conuenit ipsum mitti à Genitore ,
Vt suo modo dicimus de Amore .

230. Quia mitti inuiſibiliter, exquirit
Per gratiam in aliquo habitare;
Nec ſolùm hoc, ſed etiam requirit
Ab alio produci, & emanare:
Quãquã, qui Fide fultus hæc inquirit,
Triadem per gratiã ſcit inhabitare;
Filium ſic mitti affirmat, & Amorẽ,
Non verò ſempiternum Genitorem.

231. Vt nouo quodam modo, eſt petita
Diuinæ inhabitatio Perſonæ,
In ipſamet Perſona infinita,
Inuiſibili ſtante miſſione;
Sic in termino eſt gratia requiſita,
Opuſque eſt gratiæ innouatione.
Fit ergò hæc miſsio in oẽs qui duorũ
Participes effecti ſunt, iſtorum.

232. Connaturale eſt homini conduci
Per ea quæ videt ad inuiſibilia.
Vnde, Ad hæc oportet eum perduci
Per ea quæ ipſi fiunt viſibilia.
Vt ergò placuit ſempiternæ luci,
Manifeſtare ſe per ſenſibilia;
Spiritum ſanctum decuit promitti,
Atque ad nos per viſibilia mitti.

Quia

233. Quia mittẽs, vt Principiũ designatur,
Idque attendendum est in missione;
Si mittens, vt Principium sumatur
Illius, quæ mitti dicitur Personæ.
Ab illa tantùm mitti affirmatur,
A qua in sua est productioue.
Sed si, vt Prĩcipiũ rei, quę est causãda,
Sic tota Trias, est mittẽs nominanda.

LIBER QVARTVS.

NOn modo ſunt in Deo Proceſsiones
Ad intra; ſed ad extra etiam dantur,
Per quas ipſius Dei perfectiones
Ex bonitate ſua communicantur.
Etenim res per ſuas productiones
Efficienti cauſæ aſsimilantur;
Quia quantùm eſt poſsibile, Naturã
Diffundit cauſa efficiens, in Facturã.

Eſt autem Deus omnium cauſa Entium,
Ab omni alia cauſa independenter.
Et cauſa eſt omniũ primò exiſtentiũ,
Et ſecundariò, ſiuè conſequenter.
Adeo quod eſt cauſa inexiſtentium
Quæ ab alijs exiſtunt dependenter.
Nam & materia prima eſt à Deo,
Et omnia exemplata ſunt ab eo.

Om-

Omnia hæc à Deo processerunt
Sicut à primo omnium Factore,
Et ab æterno, minimè fuerunt;
Sic disponente omnium Creatore.
Et omnia, bona ab ipso extiterunt
Sicut ab infinitè bono, Authore.
Hæc autẽ omnia, quæ Creatio fecit,
Sic Thomæ Sapientia patefecit.

234. Id quod, participatum habet esse,
Quocunque modo habeat existentiã;
Quæstio 44. Dicere omnifariàm est necesse,
Quòd tãtùm sit ab ente per essentiã.
Cùm igitur sit Deus ipsum esse,
Nullam omninò dicens depẽdentiã;
Omne quòd est, si aliud est ab eo;
Oportet quòd creatum sit à Deo.

235. Si res sumatur, vt hoc ens, vel tale;
Istud, aut illud erit causa illius.
Si verò in quantum ens; vniuersale
Efficiens, (idest Deus) est causa ipsius.
Materia ergò, esse speciale
A forma illius entis, aut istius,
Vtique habet; esse verò vt entis
Habet virtute primi efficientis.

Agens,

236. Agens, exemplar ad determinatas
Rerũ quas facit, formas; prærequirit.
Hinc ab Ideis esse exemplatas
Res omnes, Sapientia Dei requirit:
Et quanquam inter ipsas res creatas;
Illius, hæc imaginem acquirit;
In Deo sunt omnium rerũ exẽplaria,
Et est Diuina Essentia, Idea primaria.

237. Cum Deus creat, omnibus intendit
Communicare suam perfectionem;
Et cùm hæc sit sua bonitas, prætẽdit
Eam cunctis rebus per creationem:
Quælibet autem res ad illam tendit
Per quandam sui assimilationem.
Est ergò Deus, vt causa vniuersalis
Efficiens; ita etiam finalis.

238. Nedum consideranda est emanatio,
Particularis; à particulari;
Quæstio 45. Sed illa cuius nomen est creatio
Eo quòd per eam res dicitur creari.
Quæ scilicet est quędam rei causatio
Ante quàm nihil pęnitus est dari.
Creatio ergò, est totius entis
Productio per virtutẽ primi Agentis.

Quæ-

239. Quæcunque ſunt, à Deo creata eſſe
Tanquam à prima cauſa efficiente,
Et poſsibile eſt, & eſt neceſſe,
Cum ipſe res producat ex non ente,
Solùmq; ab eo cauſetur ipſum eſſe,
Vt ab vniuerſali, & primo agente.
Ars vero & natura, præſupponit
Aliquid, ex quo res in eſſe ponit.

240. In Creatura per creationem
Nihil ponitur aliud quam relatio.
Per motum namq; aut per mutationẽ
Non fit (cum ſit ex nihilo) creatio.
Et ſic rei ſolum dat relationem
Ad Deum, à quo eſt ipſa rei cauſatio,
Vt ad Principium ſuum, Principiatũ
Refertur, quod per motũ eſt cauſatũ.

241. Quoniã creari, eſt propriè quoddã fieri
Et ordinatur fieri ad eſſe entium.
Debet creari, proprium cenſeri
Compoſitorum, atque ſubſiſtentium.
Formarum verò, hoc proprium fateri
Non conuenit, nec etiam accidẽtium.
Nam eſſe, propriè conuenit habenti
Eſſe, & vt quòd in eſſe ſubſiſtenti.

Vni-

242. Vniuersale opus, est expressè
Vniuersali causæ tribuendum.
Sicut particulare est necesse
Quòd sit ad hãc, aut illã reducendũ.
Cum ergò inter omnia ipsum esse
Sit vniuersalissimum dicendum,
Id, sola omnium causa, potest dare,
Et sic solius Dei est creare.

243. Agens iuxta principium actionis
Effectum sibi similem inducit.
Vnde quia propriè ius creationis,
Esse rerum ex nihilo producit:
Esse quod vnum est in Dei Personis
Principium est, quod ipsas res educit.
Tribus ergò Personis, est Creatio
Communis; vt & ipsa essendi ratio.

244. Quia Pater est Principium; Creatura
Designat eum, vt ipsam, producentẽ,
Et Filium qui & Patris est Figura,
Signat ex specie, vt speciẽ ei præbẽtẽ.
Amorẽ verò, eo quòd est in Factura
Ad aliud ordo, vt ordinem, volentem.
In rebus ergò omnibus creatis
Inuenitur vestigium Trinitatis.

Quia

245. Quia non existit id quod est potentia,
Nec est subsistens id quo res existũt;
Creantur verò & fiunt illa Entia,
Quę actusũt,& quę vt quodsubsistũt.
Et formæ quas educunt actu Agẽtia,
Quodãmodo in materia præexistũnt:
Creatio admixta operibus Naturæ
Non est; vt neque Artificũ Facturæ.

246. Ratio nulla cogit quod habuerit
Vninersitas rerum semper esse, (rit;
Quæstio 46. Et gratis dicet quis quòd semper fue-
Potuit enim ea non semper esse;
Cum Deo libertas minimè defuerit,
Et eum causasse res,non sit necesse.
Nam & res potuit ab æterno dare,
Et potuit res in tempore creare.

247. Ab Hic,& Nunc,secũdũ se loquẽdo,
Abstrahit Quodquid est', creatæ rei.
Vndè ex ipso, rectè discurrendo
Monstrari nequit Quando speciei:
Vt neque ex parte, (in efficiendo
Liberæ omnino) Voluntatis Dei.
Sic patet ergò, Mundum incepisse,
Per solam fidem cognitum fuisse.

Hoc

248. Hoc dictum. In principio creauit
Cælũ, ac Terrã Deus. Est idẽ prorsùs,
Quod in Principio temporis causauit
Ex nihilo, & sic Mũdũ Deus est orsus.
Nam illa quando voluit, creauit,
Et liberè est Creator illa exorsus.
Fuit ergò (vt firma hæc mõstrat ex-
In principio tẽporis, creatio. (plicatio)

249. Distinctio rerum, atque multitudo,
Est ex intentione primi Agentis;
Quæ- Vt meliùs ipsa rerum plenitudo,
stio Signaret bonitatem Producentis,
47. Quàm rei particularis habitudo
Ad ipsam bonitatem primi Entis.
Nam bonitas in Deo est indiuisa,
In creaturis verò est hæc diuisa.

250. Si tantùm vnum gradum bonitatis
Haberet, Mundus, esset imperfectus.
Et ideo rerum inæqualitatis
Extitit causa æternus intellectus;
Sicut, & causa multiplicitatis
Rerum, vt Mundus fieret perfectus,
Aeterna eadem fuit sapientia,
Cùm Vniuersum fecit sua potentia.

Quo-

251. Quoniã quæcunq; sunt, sunt ordinata
Ad inuicem à Deo Creatore,
Et quamuis valde sint multiplicata,
Per ordinem sunt vnum ex Auctore.
Et sic ad Deú quæcũque sunt creata
Ordinem dicunt, Deo Ordinatore.
Vnus est ergò Mũdus, eo quod cũcta
In vnum tendunt, ordine coniuncta.

252. Quia ens vt sic, est bonũ; vt & bonũ
Quoduis est ens; hæc duo cõuertũtur.
Quæstio 48. Quia vero vt diuersarum rationum,
Bonum, & malũ inter se opponũtur,
Malum absentia est perfectionum,
Quæ in naturis entium requiruntur.
Estque non ens; ex ordine diuerso;
Sicut bonum est ens & è conuerso.

253. Quia Vniuersi exigit perfectio,
Quòd bonitatis gradus impleantur;
In vno quorum nulla est defectio,
Vt res incorruptibiles testantur;
In alio autem gradu est imperfectio,
Adeo quòd res quandoq; corrũpãtur:
Malum in rebus est, quæ ab entitate
Deficiunt, & ab ipsa bonitate.

In

254. In bono, eſt malum, ſicut in ſubiecto;
Non enim malũ, ſimplex eſt negatio:
Sed ab aliquo ente imperfecto
Remotio eſt boni debiti, & priuatio.
Eſt ergo malũ, quãuis malo, infecto,
In ente; vt quędã Boni ipſius ablatio.
Cũque, quod eſt, cũ Bono cõuertatur;
Malum in ipſo bono ſubiectatur.

255. Totalitèr eſt malum, deſtructiuum
Boni, quod ipſi opponitur directè.
Sed nec totius ſubiecti eſt ablatiuũ,
Nec illud minuit etiam imperfectè.
Habilitatis verò eſt remiſſiuum,
Sed eam non poteſt tollere perfectè.
Nã gratia tota aufertur. Tota exiſtit
Anima; at minus habilis conſiſtit.

256. In Voluntarijs, quibus eſt contractio
Legis Diuinæ & ordinationis,
Duplex eſt malũ. Scilicèt ſubtractio
Debitæ formæ; & debitæ actionis.
Illud eſt malũ pœnę. Indebita actio
Eſt malum culpæ, & reæ volitionis.
Cum ergò non ſit aliud genus mali;
Plenè eſt diuiſum ſectione tali.

Plus

257.Plus habet culpa,mali rationem ,
Quam pœna qualiſcũque exquiſita ,
Per ipſam namque rei ſubtractionẽ ,
Mala non ſit Perſona ex ea punita ;
Vt per iniuſtam operationem ,
Præcipuè quando culpa eſt infinita .
Nam ſicut bonum , boni vſus ratio ;
Sic malum facit, mala operatio .

258.Bonum eſt mali cauſa,non Formalis ,
Quia Malũ, Formæ dicitur priuatio ;
Quæ Nec etiam,Mali, cauſa eſt Finalis ,
ſtio Quia Malum , Finis eſt deordinatio .
49. Sed cauſa Mali eſt, materialis ,
Cum ſit in ipſo, Mali ſubiectatio :
Et,licèt non per ſe, cauſa effectiua ,
Quia Formã tollẽs,vel quia defectiua.

259.Malum quòd ex defectu eſt actionis ,
InDeo nõ eſt,quia sũmè eſt perfectus,
Quæ Sed cauſa Deus eſt corruptionis ,
ſtio Quæ ſequitur ad aliquos effectus ;
50. Vt enim ſit perfectæ rationis .
Et nullus poſsit eſſe in eo defectus ,
Ordinis Vniuerſi ad Bonum ſpectat .
Quòd etiã quæ deficiũt,alijs nectat .

Non

260. Non eſt vnum Principium malorum:
Licet, & Bona, &Mala in Mũdo dẽtur,
Sicut vnum Principium eſt Bonorũ
A quo nimirũ bona cuncta habẽtur.
Principiũ namq; omnium cauſatorũ,
Et quorũcumq; in poſterũ cauſentur,
Bonum & Ens, eſt per eſſentiam: tale
Sed Malum, dari nequit, vel æquale.

LIBER QVINTVS.

DE Angelis, angelicè loquendo
Magnus Aquinas in Doctrina eluxit,
Et de ſubſtantijs priùs diſſerendo
Ad intellectum poſtea ſe perduxit.
Deindè ad voluntatem accedendo,
Creationis tandem verba induxit,
Hæc omnia de Angelis expreſsit,
Et ſic dicendo vt Angelus proceſsit.

261. Ad hoc vt Vniuerſum ſit perfectum,
Oportet Deo perfectè aſsimilari.
Queſtio 50. Neceſſe eſt ergò, quod intellectum
Similes Deo creaturas dari.
Nam Vniuerſum eſt à Deo confectũ
(Nec alitèr contingit rem creari)
Per intellectũ qui ſic eſt abſtractus,
Vt nullo modo corporis ſit actus.

Spi-

162. Spiritualis res, completa in esse,
Et Angelus à nobis nominata,
Non potest ex materia & forma, esse
Composita, vel sic à Deo creata.
Intelligere namque, est necesse
Quòd actio non sit materiata:
Vt nec est tale obiectũ. Estq; essendi
Modus, vt modus ipse cognoscendi.

263. Corpora quantò sunt perfectiora,
Tanto sunt magnitudine excedentia.
Requirit namque alijs ea maiora,
Perfectio Vniuersi, & consistentia.
Angeli ergò vt Entia meliora
Maximè excedunt corporalia entia;
Et dat excessum multitudo ipsorum,
Vt magnitudo excessum dat cælorũ.

264. Cum Angeli non sint materiales
Numero nequeunt esse differentes.
Nam facit res, materia solum, tales,
Quando in forma sunt conuenientes.
Et si non essent immateriales,
Neque sic essent disconuenientes.
Nã genere ex materia distinguuntur
Nõ quãta; vt incorporea supponũtur.

An-

65. Angeli sunt secundùm suam naturā,
Omnino incorruptibiles dicendi.
Nā opus est corrumpi Creaturā (di:
Quia perdit Formā quæ estcausa esse.
Angelum verò esse Formam puram
Quę per se habeat actum subsistēdi,
Iam patet. Ac propterea separari
Nō potest Esse ab ipso,aut elongari.

266. Angelus est, natura, non contractus
Quæstio 51. Ad Corpus, sed abstractæ Entitatis.
Intelligere namque, non est actus
Corporis, vel Corporeæ facultatis;
Licet requirat Sensuum anfractus
In formis imperfectæ quidditatis.
Immò cum sit in Anima imperfectū,
Esse debet in Angelo perfectum.

267. Quia Corpora non sunt; nec eis vnita
Sunt corpora ex naturæ exigentia.
Quandoque autem Corpore vestita
Apparuit illa, & ista intelligentia;
Nec solùm per phantasmata; sed ita
Huic vt illi, extrinseca apparentia.
Angeli assumunt Corpora;& apparēt
Corporei, qui materia quoq; carent.

268. Angeli in corporibus assumptis
Opera vitæ nequeunt exercere;
Actionibus vitæ proprie sumptis,
Quæ sola ex vita, possunt esse habere,
Nam etiam cibis fractis, & consũptis
Nutrire se non possunt, vel augere.
Et actio est eius, cuius est Potentia,
Vitalis, quam non habent nõ viuẽtia.

269. Corpus in loco est, vt applicatum
Loco, dimensionum per contactum.
Angelum verò dicimus locatum
Quæ- Per applicantem suæ virtutis actum:
stio Cum non dicamus eum quantificatũ
52. Sed benè à quãtitate õnino abstractũ
Angelus ergò & Corpus, non vniuocè
Dicuntur esse in loco, sed æquiuocè.

270. Nequit vbique Angelus locari,
Eo quod non est virtutis infinitæ,
Nec pluribus in locis applicari
Sua virtus, cum Essentiæ sit finitæ,
Nisi vt vnum debeant comparari
Ea plura in quibus ipse est definitæ;
Nam nisi vnius habeant rationem,
Multiplicem requirunt actionem.

Quia

1. Quia nequeunt eſſe duæ immediatæ
Cauſæ, eiuſdem numero effectus,
Nec duæ virtutes vni applicatæ
Loco,ſi vterque actus ſit perfectus,
Et ambæ ſint virtutes adæquatæ
Et ſit neutrius actus imperfectus:
Duo,vt duo; non erunt applicati
Angeli in vno loco, aut collocati.

2. Quia eſſe in loco Angelus cenſetur
Per ſuæ virtutis applicationem,
Et pluribus hæc locis exercetur,
Non niſi per diſtinctam actionem;
Iam patet quod localiter mouetur,
Per diuerſam contactuum rationem.
Sed motus eius non commenſuratur
Locis, & à corporeo variatur.

3. Quia mediũ eſt in quod venire prius
Quod continuè mutatur, iudicamus;
Angelum, ſi continuus eſt illius
Motus,tranſire media reputamus.
At ſi diſcretus eſt motus ipſius,
Eũ, omnia non tranſire,exiſtimamus.
Nam ſi diſcretè omnia tranſiret;
Actu infinita media pertranſiret.

274. Quãquã est nusquã, vno instãti attigit
Locum quem vult contactu cõtineri,
Angelum in instanti non contingit
De vno loco in alium moueri.
Nã vno instãti ad locũ hũc pertingit
Et alio ab illo debet remoueri,
Cum, prius & posterius sit necesse
In omni motu, verè, & propriè esse.

275. Angeli, aut alterius Creaturæ,
Actio; nequit esse illius essentia;
Quæstio 54. Cum sit virtutis actus, proprio iure;
Sicut substantiæ est actus, existentia:
Et nequeat id quod nõ est actus purè,
Sed mixtũ quidpiã habet de potẽtia,
Esse, vel dici, propria actualitas;
Repugnat enim huic potentialitas.

276. Quia Esse Creaturæ, est finitum,
Opera, vt sunt in actu cognoscendi,
Qui Angelis in Verbo est clara Quies,
Sunt omnes dies isti, vnus dies.

361. Opera sex dierum in scriptura,
Conuenientèr sunt significata. (ra.
Nã priùs à Deo producta est creatu-
Et ei postea sunt facta Dei mãdata.
Non desunt verba; neque fit iactura
Verborũ; nec pugnantia sunt allata.
Nã hæc sunt dicta implicitè; hæc vt
Et hæc vt decẽt immaterialia. (alia.

LIBER SEPTIMVS.

POstquam de creatura corporali,
Dixit excelsus Thomas in communi;
Disseruit de illa in speciali, (muni.
Sed priùs de Forma, à materia im-
Sermones enim de immateriali
Anima, erant prorsùs opportuni,
Vt de præcipua parte Creaturæ
Non omninò corporeæ Naturæ.

De illa autem loquens, dixit priùs
De sua Essentia, & postea de virtute;
Deindè de operibus illius
Tractauit sapienter, & acutè.
Ixta consuetudinem ipsius;
Et non superfluè, neque diminutè.
Sic autem ea quæ antea concepit
Mirando ingenio verba effari cepit.

362. Cũ non sint omnia corpora, viuentia;
Corpus vt sic, non viuit, sed vt tale
Quæstio 75. Hoc verò ab actu habet, à quo entia
Recipiunt suum esse speciale.
Est ergo inter corpus, differentia,
Et corporis principium vitale.
Et consequenter non est affirmandũ,
Quod Anima sit Corpus; sed negãdũ.

363. Anima nostra est cognoscitiua
Corporum omnium, & corporeorũ,
Vt eorumdem ergo perceptiua
Est denudata à natura illorum.
Perceptionis namque impeditiua,
Anima ipsa esset, aliorum
Si & ipsa esset corporea & sic existẽs.
Nõ verò abstracta & per se subsistẽs.

364. Animæ sensitiuæ operatio,
Ipsius propria non existimatur.
Nã propriè est cõiũcti, vt immutatio,
Quæ fit in suo corpore, testatur.
Quia ergò ab ea nõ fit per se sẽsatiõ,
Quoniam per se, cõiunctũ operatur;
Anima Bruti non per se subsistit:
Nam res, vt operatur, sic existit.

365. Id quod producit operationes
Hominis; Homo debet nuncupari.
Quod autem non producit actiones
Humanas, nequit Homo, nominari.
Anima verò vt Quod, sensationes
Humanas, non est potens operari.
Anima ergò, Homo non censetur
Sed quòd ex ipsa & corpore, habetur.

366. Non ex Materia & Forma, constitutæ
Rationales Animæ censentur,
Nam formas rerum capiũt absolutè;
Et etiam sic, res ipsas intuentur;
Non verò vt sunt conditione indutæ
Materiali, vt sensibus habentur.
Absq; materia ergò, & ipsę habendæ,
Et absolutè Formæ sunt censendæ.

367. Anima humana & si non fuerit priùs
Semper tamen oportet quòd existat.
Nam ad corruptionem sui totius,
Corrumpi nequit; cũ per se subsistat;
Neque per se: Cum ei per se, ipsius
Esse conueniat; nec ab ea desistat:
Et ipsa à se non posit separari;
Et nil possit in ea contrariari.

Formæ

368. Forma quæ à materia eſt ſeparata ;
Numero ſolo non multiplicatur.
Albedo enim ſic conſiderata ;
Eſt vna ſpecie, & non plurificatur;
Nam hæc ab illa eſt diuerſificata
Quia huius hæc ; illius, ea, ſignatur.
Angelum ergò & Animam, non eſſe
Vnius ſpeciei, eſt neceſſe.

369. Sicut ſciẽtia, primum eſt quo ſcimus;
Vt ſanitas, eſt primum quo ſanamur;
Quæ- Sic Anima, eſt omninò actus primus,
ſtio Quo intellectiui ratiocinamur;
76. Et etiam ipſa eſt qua nos ſentimus;
Et mouemur & primò vegetamur,
Et etiã qua eſt, primò noſtra vita.
Eſt ergò vt forma corpori vnita.

370. Animæ á parte rei multiplicantur,
Vt corpora per eas informata.
Nam Formæ rerum ſic plurificantur,
Sicut ſubiecta ſunt multiplicata.
Subiecta enim prorsùs numerantur,
Vt ſunt eorum eſſe numerata ;
Et Anima principium eſt eſſendi,
Vt & principium eſt intelligendi.

Sicut

371. Sicut Forma, composito dat esse;
Sic vna Forma, ei tribuit vnitatem.
In vno ergò homine, est necesse,
Non esse Animarum pluritatem.
Cum simpliciter vnum, eum esse
Oporteat per suam formalitatem.
Eadem ergo Forma intellectiua,
Vegetatiua est, & sensitiua.

372. In homine vltra Formam rationalẽ,
Nulla substantialis Forma datur.
Quoniã per Formam rei substãtialẽ:
Simpliciter res ipsa generatur:
Sicut per Formam Rei, accidentalem
Secundùm quid solũmodò, formatur.
Si ergo alia Forma in eo daretur;
Secũdùm quid per eam formaretur.

373. Conuenienter Anima vnitur
Corpori mixto, & maximè æquali.
Nam ipso, ad sentiendum peruenitur
Aptè ac planè, à Forma rationali;
Et sensibile obiectum non sentitur,
Complexione posita inæquali:
Cum sensus alij, sint fundati in tactu,
Qui melior sit, æqualitatis actu.

Ex

377. Quia per se primò, actus, & potentia,
Diuidunt ens, & omne genus entis;
Quæ- Sũt ambo ad idem genus, pertinẽtia,
stio Seù sit substantiæ, seù sit accidentis.
77. Potentia ergò sua, non est, essentia.
Animę, eo quòd substãtia est existẽtis.
Et dat potentiam, accidentis ratio;
Quia accidens est, eius operatio.

378. Cum sit vt medium, forma rationalis
Inter corporea, & incorporalia;
In ea sunt vires rei spiritualis,
Et vires quas requirunt corporalia.
Media namque sunt naturæ talis,
Quòd posũt dici extrema aliqualia.
Sunt plures ergò in Anima, Potẽtiæ;
Et tamen ipsa, est vniùs Essentiæ.

379. Potentiæ vt sic, ad actus ordinantur;
Sicut Actus vt sic ad propria obiecta.
Actus ergo per hæc specificantur,
Et Potentia, per Actum est dissecta.
Et sic, Potentiæ diuersificantur,
(Termini ac finis ratione inspecta)
Per sua formalia obiecta vltimatè
Ad quæ Potẽtiæ sũt per se ordinatę.

Pro-

380. Progresſu naturali non venitur,
Niſi ordinatè ab vno ad multa entia.
Nam in Natura nunquam reperitur,
Confuſionis aliqua tendentia.
Quidditas verò Animæ inuenitur
Vna; & ipſius multiplex potentia.
Ordinem ergò naturalem eſſe
Inter Potentias Animæ; eſt neceſſe.

381. Ab Accidente ſuo denominatur.
Subiectũ quod ipſius eſt receptiuũ.
Operatiua ergò, ſubiectatur
Potentia, in eo quod eſt operatiuum.
Quia ergò vult & ratiocinatur
Anima habens eſſe intellectiuum;
Subiectũ eſt in quo ſunt inorganicæ
Potẽtiæ, vt in Coniũcto sũt organicę.

382. Cum Accidens, cauſetur à ſubiecto,
In quo eſt vt proprietas ipſius,
Iſto velut potentia intellecto,
Et illo, vt actus eſt, reſpectu iſtius;
Organicæ potentiæ iure recto,
Sũt à Coniuncto; ſed à Forma prius.
Nã Forma ipsũ actuat. Vndè & iſtæ
Fluũt à Forma, & organis nõ miſtæ.

In

383. In his quæ in Natura ordinatè
Procedunt;primũ causa est reliquorũ.
Et sic,propinquius ei,proportionatè
Dicitur esse causa cæterorum.
Cum ergò sic Potentiæ sint causatæ;
Habita ratione Perfectorum;
Ab Anima est Potentia perfectior;
A Potentia perfecta est imperfectior.

384. In Anima suo corpore destructo,
Solùm Potentiæ sunt rationales.
Nã aliæ,ad morté homine perducto;
Cum sint illius Formæ accidentales,
Non remanét,vt erant eo cõstructo;
Sed vt Potentiæ quædam virtuales.
Scilicèt prout Anima est illarum
Principium, siuè vt radix est earum.

385. Obiecto vegetabili, assignatur,
Potentiæ Genus suum Vegetatiuum;
Quæstio 78. Sensitiuum sensibili annotatur
Intelligibilique Intellectiuum:
Et quoniam ad obiecta inclinatur
Anima; Datum est Appetitiuum,
Et quia motũ, ac terminũ proponit,
Loco Motiuum quintũ Genus ponit.

Cor-

386.Corpus viuens vt ſic, requirit eſſe ,
Et debitam requirit quantitatem ;
Et qnòd,vt hęc conſeruet,eſt neceſſe;
Scilicèt nutriendi poteſtatem .
Conſtatq;obiectũ, corpus viuẽs,eſſe ,
Adæquans vegetandi facultatem .
Hãc ergò adæquant pars generatiua,
Pars augmentatrix,parſq; nutritiua.

387.Quinque ſunt Sẽſus noſtri exteriores;
Nã quinque ſpecies sũt immutatiui .
Cum detur immutatio, per colores
Et Aeris,vt ſonorum delatini ;
Saporum alia ; alia per odores ;
Et alia ſicci,aut ſimilis actiui . (ctus;
Sunt ergò quinque Senſus noſtri; Ta-
Viſus; Auditus; Guſtus; & Olfactus .

388.Senſus qui ſpecies recipit ſenſatas ,
Et ille in quo ſeruatæ copulantur ,
Et alius vniens,etiam inſenſatas ,
Ac Senſus in quo iſtæ conſeruantur :
Senſus interni ſunt;qui propter datas
Nunc rationes quatuor, nominantur,
Senſus communis , Imaginatiua,
Aeſtimatiua, & Memoratiua .

Intel-

389. Intellectus est Animæ potentia,
Cum operatio eius non sit esse;
Quæstio 79. Non ergò est, ipsa Animæ essentia,
Sed accidens quod debet illi inesse.
Nã quando est inter actus differẽtia,
Potentiæ non eædem possunt esse:
Vt autem esse, actus est essentiæ,
Sic ista, & intellectus, sunt potentiæ.

390. Cum noster intellectus, receptiuus
Sit speciei, & intellectionis;
Et priùs re vera sit intellectiuus,
Quàm actũ habeat suæ cognitionis:
Patet quòd sit quodãmodò passiuus,
Respectu propriæ operationis;
Et quòd, ex ratione receptiua,
Dicendus est potentia passiua.

391. Quia nostra obiecta intelligibilia,
Sunt formæ in materia existentes;
Et consequenter actu sensibilia
Per species ab eis prouenientes;
Sed intellectui nostro vnibilia
Non sunt, nisi per species differentes:
Debuit intellectus agens dari;
Quo possent à materia eleuari.

Cum

392. Cum Anima humana ſit perfecta,
Debet virtutes proprias habere;
Vt poſsit intelligere obiecta,
Et actus alios valeat exercere:
Et ita actio,& res per eam confecta,
Ad eam poſsit propriè pertinere.
Cũ ergò Abſtractio ſit ipſius effectus;
Eius eſt Virtus, Agens intellectus.

393. Secundùm pluritatem Animarum,
Intellectus Agentes numerantur:
Hoc ipſo quòd Potentiæ ſunt illarũ,
Quãquam à primo omniũ, deriuãtur.
Siquidem eſſe nequit vna, ipſarum
Virtus, ex eo quod plures illæ dãtur.
Nam ad pluralitatem ſubiectorum;
Multiplices Potentiæ ſunt eorum.

394. Memoria eſt in parte intellectiua,
Quatenus eſt theſaurus ſpecierum;
Sed in parte locatur ſenſitiua,
Prout præreritorum eſt dierum.
Nam hæc; non illa; Vis apprehẽſiua
Particularium dici poteſt, rerum:
Debemus autem non exiſtimare,
Præteritùm vt ſic; particulare,

Me-

395. Memoria intellectiua & intellectus,
Vna solùm, sunt Animæ, Potentia;
Nam huius actus, est de se directus,
Sub entis ratione ad cuncta entia;
Illius verò, proprius est effectus,
Illa seruare, vt sibi sint præsentia:
Liquidò autem patet, ac expressè
Recipere, & seruare eiusdem esse.

396. Ita se habet ratiocinari,
Ad nostrum intelligere directè,
Sicut moueri, oportet comparari
Ad id quod est quiescere perfectè.
Cum ergò hæc duo pateat assignari
Naturæ vni, per vtrumque affectæ,
Intellectus & ratio sunt Potentia
Vna, per quam sunt illa præcedentia.

397. Tribuitur Rationi Inferiori,
Scientia; cum sit rerum temporaliũ;
Sed Sapientia est superiori
Attribuenda; eo quòd est æternaliũ.
At quia sunt hæc Ratiocinatori
Per quæ iudicium faciat naturalium;
Et Idẽ, Medio ad Terminũ mouetur;
Vtraque Ratio, vna Vis censetur.

Di-

398. Diſtincta ab intellectuintelligent.
Sumpta pro ipſo actu intelligend.
Non eſt quaſi potentia à potentia
Sed vt ab iſta actus cognoſcendi .
Sicut diſtinctum eſſe ab eſſentia
Vt actus à principio eſt eſſendi .
Sed ſumpta pro ſubſtantia ſeparata,
Vt actu accidentali,eſt eo formata .

399. Intellectus,ex eo quòd ſpeculatur
Obiectum, dictus eſt ſpeculatiuus ;
Et vt ab ipſo , obiectum ordinatur
Ad praxim,dictus eſt operatiuus .
Cum ergo obiecto cognito addatur
Per accidens,hic finis extenſiuus ;
Etiam extenſione intelligentiæ ;
Iſti intellectus nõ ſunt duæ potẽtiæ.

400. Pòtentia non eſt , ſpeculabilium
Principiorum, indita cognitio ;
Nec ergo eſt potentia, operabilium
Principiorum, noſtra intuitio .
Sed eſt habitus quidam agibilium,
Seu practici intellectus diſpoſitio .
Nam vt ſpeculatiuo illa inhæret,
Sic practico ſynderefis adhæret .

Si

101. Si propriè ſumatur conſcientia,
Cognitionis noſtrę eſt applicatio.
Et eſt quaſi cum alio ſcientia ,
Et actus appellatus inſtigatio .
Non habitus eſt ergò,nec Potentia ;
Sed eſt remorſus, ac teſtificatio .
Vt eſt(pro actu, Habitum ſumendo)
Synderesis ; communiter loquendo.

102. Sicut ad omnem formam naturalem,
Sequitur inclinatio naturalis ;
Sic etiam ad Formam animalem.
Sequitur inclinatio animalis.
Excellens ergò merè corporalem
Propenſionem, rei materialis ;
In anima eſt vis appetitiua ,
Vt eſt in ea vis apprehenſiua .

103. Quæcũque ſunt mobilia,diſtinguũtur
Iuxta diſtinctionem motiuorũ ; (tur
At quæintellectu,ac sẽſu,apprehẽdũ-
Genera duo ſunt apprehenſorum.
Et hæc appetibilia , dicuntur
Motiua appetituum noſtrorum.
Eſt ergo appetitus ſenſitiuus ,
Vna potentia, & alia intellectiuus.

404. Appetens,ad obiecta inclinatur ;
Cum illa in se habeat apprehendens.
Quæ- Mobili ergò ille assimilatur
stio Non iste, qui non est in aliud tendés.
81. Cum ergò sensualitas sumatur
A motu sensuali,vt eo contendens,
Nomen est Appetitus sensitiui,
Non verò alicuius cognitiui.

405. Alia, Irascibilis, Potentia
Est à Concupiscibili, dicenda.
Et sensualitatem diuidentia
Sũt mẽbra,hæc duo,in ipsã reducẽda,
Ad fugiendum, Disconuenientiá ;
Et prosequẽdũ quæ sunt prosequẽda.
Nequeunt autem esse indistincta ;
Eo quod obiecta eorũ sunt distincta.

406. Obediunt rationi & voluntati
Vis irascendi,& Vis concupiscendi.
Nam vt æstimatiuæ facultati
Brutorũ,vis tribuitur eas mouendi,
Sic & cogitatiuæ potestati ;
Quæ in nobis estvis quædã discurrẽdi,
Subdita rationi vniuersali,
Stansque sub appetitu rationali.

Cen-

7. Cenſetur voluntati repugnare
Neceſſitas, quæ eſt coactionis.
Nam violentia,vt contraria; ſtare
Nequit cum actu inclinationis;
Qui tamen ſecum poteſt adunare
Neceſſitatem ſuppoſitionis,
Et naturalem qua deſideratur
Bonum, quod Finis vltimus vocatur.

08. Vt principio connexis, inhærere
Oportet, ſi nos nexum cognoſcamus.
Id, ſine quo non poſſumus habere
Vltimum finem, neceſſariò amamus.
Id autem ſine quo, hunc obtinere
Valemus,non hoc modo,nos optamus
Voluntas ergò hæc & illa intendit;
Sed non,ad omnia,neceſſario tendit.

09. Eſt ratio Boni, obiectum intellectus,
Et bonum eſt obiectum voluntatis.
Simpliciter eſt ergò plus perfectus
Et altior, ex vi ſimplicitatis,
Ille quám iſta,hoc ipſo quod euectus
Obiecto abſtractioris puritatis
Tamen,ſecundum quid,eſt aliquando
Altior voluntas, nempè Deũ amãdo.

410. Verum, quod intellectus est obiectum
Est quidem Bonum, sed particulare.
Ad Bonũ verò vt sic; habet respectum
Voluntas cuius actus est amare.
Vt agens ergo, mouet intellectum;
Qui tamen habet eam finalizare.
Mouendo eam, vt finis, ex obiecto
Illius; idest ex Bono intellecto.

411. Formalem non admittunt sectionem
Vires appetitiuæ in voluntate;
Propter obiecti proprij rationem
Quod est ex Boni vniuersalitate;
Et nullam habet sui distinctionem
Nisi particulari ex bonitate.
Diuersa ergò non est vis irascendi,
In voluntate, à vi concupiscendi.

412. Quoad obiecta quæ sunt contingẽtia;
Ad opposita, viam habet Ratio.
Quæstio 82. Est ergò in ea iudicij indifferentia,
Et ad vtrumque indeterminatio;
Circa particularia illa Entia
Quæ potest nostra efficere operatio:
Et homo, vt ratione est dotatus,
Sit & arbitrio libero est ornatus.

Est

3. Eſt liberum arbitrium; loquendo
Cum proprietate; actus rei volentis.
Sed ipſum, vt in vſu eſt, ſumendo,
Vox eſt principij, hũc actũ producẽtis,
Atque ad genus propriũ deſcendẽdo,
Cum ſit in ipſo, ratio indifferentis.
Et habitus proinde nequeat eſſe
Quod ſit Potentia quædã eſt neceſſe.

4. Eſt liberum Arbitrium; electiua
Potentia, vnius ex duobus.
Nam libera eſt potentia receptiua
Siſtens in vno, & potens in ambobus.
Eſt igitur potentia appetitiua
A qua vel prauus actus, vel eſt probus:
Attamen præſupponit intellectum,
Vt per conſilium eſt ab eo directum.

15. Sicuti Ratio eſt Concluſionum
Et intellectus eſt principiorum;
Sic recta lege comparationum,
Eſt liberum Arbitrium mediorum,
Et voluntas ad finem eſt ac Bonum
Quod eſt, eſſe per ſe appetitorum.
Vt ergo illa duo non ſunt diſtincta,
Ita, & iſta duo, ſunt indiſtincta.

416. Corporum ſpecies, immateriales,
Immobiles, & organis non fixas,
Quæ- Recipit intellectus, & per tales
ſtio Imagines cognoſcit ipſi innixas:
84. Hinc res per eũ cognoſcit corporales
Anima noſtra, abſque materia, infixas,
Cognitione immateriali,
Et neceſſaria, & vniuerſali.

417. In eo per quod obiecta intelliguntur
Sunt immaterialiter obiecta,
Nam vt recipiens eſt, recipiuntur
Receptibilia etiam imperfecta.
Non ergo per eſſentiam cognoſcũtur
Corpora, aut sũt ab Anima intellecta
Cum, immaterialiter, Potentia
In ſe recipiat ea, non verò eſſentia.

418. Formæ, principia ſunt cognitionis,
Et nobis, à natura, non ſunt datæ;
Aliàs in actum intellectionis
Anima exiret cum facilitate;
Et diſciplinæ, vel inuentionis,
Non teneretur vnquam ægeſtate.
Anima ergò, ſpecies rerum poſcit,
Et per innatas formas non cognoſcit.

Spe-

9. Species intelligibiles humanæ,
Non effluunt à ſubſtantijs ſeparatis.
Nam ſi non eſſent otioſæ,& vanæ,
Poſſet iudicium fieri à cæcis natis,
Et verè omninò,& indubiè,& planè
De albo & nigro & alijs coloratis,
Nec indigeret anima vniri
Corpori, nec per ipſum diffiniri.

20. Cum Anima in vita hac mortali
Non videat ſummũ bonũ per eſſentiã,
Nequit in ratione æternali
Vt in obiecto habere intelligentiam.
Sed bene ſuo Principio formali,
Ornando intellectiuam ſuam potẽtiã;
Omnia cognoſcit,per participatam
Aeternam rationem,ſibi innatam.

21. Phantaſmata à ſenſu accipiuntur,
Et intellectus lumine luſtrantur.
Sic ergò ſenſibilia requiruntur,
Et intellectu Agente deputantur.
Et quoniam de potentia reducuntur.
In actum, vt materia reputantur.
Et ſic à re ſenſibili intellectio
Sumitur, nec in ipſa eſt imperfectio.

422. Quidditas rei ſenſibilis, obiectum
Noſtri intellectus eſt, proportionatũ.
Et ſic oportet eſſe ab ipſo inſpectum
Phantaſma, quod ab ipſo eſt illuſtratũ
Senſui namque oportet intellectum
Eſſe (vt ſciat eam) continuatum.
Habet ſiquidem illa à parte rei,
Eſſe particulare vt proprium ei.

423. Iudicium intellectus impeditur,
Quotieſcumque ſenſus eſt ligatus.
Nam tunc iudicij terminus neſcitur,
Et eſt iudicij finis ignoratus.
Quia noſtro intellectui præfinitur;
Sicut expoſcit huius vitæ ſtatus.
Natura rei ſenſibilis; obiectum:
Quod ſolũ, ſtante ſenſu, eſt intellectũ.

424. Cum ſit Potentia noſtra intellectiua,
Vis Animæ in corpore exiſtentis;
Quæ- Et non Corporis Actus; abſtractiua
ſtio Eſt, Formæ in materia conſiſtentis;
85. Vt par obiectum ſit, cum cognitiua
Potentia, ſeu virtute cognoſcentis;
Materialia ergò intelligendo,
Procedit à Phantaſmate abſtrahendo,

425. Species intelligibiles, directè
Cognitæ, vt quod, nequaquā posſūt eſ
Intelliguntur tamen indirectè (ſe,
Quemadmodum, & ſpecies expreſſæ.
Nā prius naturæ, vt quodsūt ītellectæ
Eo quod in mēte ſpecies sūt impreſſę;
Quæ tunc, nō niſi vt quo, intelligūtur
Deinde vt quod, reflexè cognoſcūtur.

426. Per prius quæ ſunt vniuerſaliora;
Et ſenſu & intellectu, cognoſcuntur.
Potentiæ, namque ad perſectiora
Per incompleta quędam perducūtur.
Et ipſa obiecta vt ſunt communiora,
Potentijs per prius obijciuntur.
Sed ſingulare prius eſt inſpectum,
Quam ſit vniuerſale intellectum.

427. Vnius obiecti habent rationem,
Quæ ſunt per vnam ſpeciē obiecta;
Et ſimul, & per vnam actionem,
Per modum ſunt vnius intellecta.
Sed ſicut non per vnam viſionem
Videntur viſibilia, vt plura inſpecta;
Sic opus eſt vt non intelligantur
Simul, quæ ſimul non repreſentātur,

428. Humanus Intellectus, necessario
Cognoscit componendo, ac diuidẽdo.
Procedit namque actu suo primario,
Solam naturam rei apprehendendo;
Deinde alia, & hæc, aut à contrario
Negando, aut cum decenti cõpõnẽdo,
Postremo actus istos copulando,
Discursum complet ratiocinando.

429. Ordo potentiæ ad proprium obiectũ
Nunquam, per se loquẽdo, variatur.
Et sic, per se non esse in ea defectum
Oportet quod omnino censeatur.
Hinc, circa quidditatem, intellectum:
Non posse falli, aut decipi; monstratur;
Nisi prout per accidens; dat ei
Quædã non sua; vel quid alterius rei.

430. Non melius, vnus alio, cognoscit,
Eamdem rem, ex parte ipsius obiecti.
Nam aliter quã est, & verum poscit,
Ratio tunc haberetur intellecti.
Sed ex parte Potentiæ, melius noscit,
Qui melioris est, & plus perfecti
Acuminis, eo quod perfectioris
Est animæ, vel sensus melioris.

Con-

431. Continuum actu vnum,& potentia
Secabile,est prius intellectum;
Vt etiam rei materiatæ essentia
(Cũhęc nostri Intellectus sit obiectũ;)
Posterius autem membra diuidentia,
Per quæ,hæc est diuisa,& illud sectũ,
Vnitas vero & punctus cognoscũtur
Planè per ea,per quæ diffiniuntur.

432. Non potest intellectus, singularia
Materialium , noscere directè ;
Quæ- Ex eo quod actione sua primaria
stio Abstrahit à materia perfectè .
88, Notitia tamen quasi secundaria
Cognoscit ea reflexe, & indirecte?
Nã se ad Phantasma vertit,cũ naturã
Intelligit abstractam, atque puram.

433. Non habitu, nec actu infinita
A nostro intellectu cognoscuntur ;
Per vnam namque speciem, finita
Cognoscibilia, illi obijciuntur .
Et omnia quæcumque ab eo sũt scita,
In linea infinitorum non ponuntur;
Nam ad eorum terminum vnitur,
Sed infinitum nunquam exhauritur.

434\. Quoad rationes ſuas vniuerſales,
Neceſſitatem habent contingentia.
Sed quoad actus indiuiduales,
Omninò ſunt non neceſſaria entia.
Quoad rationes ergò communales;
Propriè, & directè eorum eſt ſciẽtia;
Non vero, vt hæc materia ſingularia
Ea reddit entia, ſeu particularia.

435\. Futura,cognoſcuntur,vt futura,
In cauſis,& reflexè,ac indirectè,
Sunt enim ſingularia,& non Natura,
Quæ ſola,eſt cognoſcibilis directè.
Si raró eueniant; neque ex cõiectura
Sunt nota,ſi vt frequẽter,nõ perfecte;
Si neceſſaria; proprie ſic ſciuntur,
Sicut & rationes cognoſcuntur.

436\. Non cognoſcit ſeipſam per eſſentiam
Anima noſtra,ſed per propriũ actum.
Quæſtio 87. Nam intellectus ad intelligentiam,
Ob quam reflexe ſcit ſe eſſe factum,
Ex ſe non habet proximam potentiã,
Sed per obiectũ à materia abſtractũ.
Et ſic,ex eo quod alia ſpeculatur,
Animam, & ſeipſum contemplatur.

Habi-

437. Habitus per ſeipſos non ſunt noti,
Quamuis in intellectu exiſtentes.
Nam cũ non ſint in actu,ſuut ignoti,
Vt ſunt ignotæ etiam noſtræ mentes.
Noſcũtur ergò ex actu ad quẽ sũt mo
Qui eos aut alia sũt intelligentes (ti,
Ideſt naturam habitus ſcrutantur,
Aut habitum ex actu contẽplantur.

438.Primũ quod de intellectu eſt ĩtellectũ,
Eſt ipſa ab eo proueniens intellectio.
Nam vt in eo manẽs, eum perfectũ
Reddit, vt eius vltima perfectio.
Et ipſe prius intelligit obiectum
Ad quod,intelligendi fit directio,
Deinde ſuam intellectionem;
Et demum habet ſui cognitionem.

439, Eſt actus voluntatis, inclinatio
Quam præit forma in intelligente.
Eſt ergo in iſto; ſicut operatio
Eſt in principio ipſam producente.
Vnde & eum etiam habet ratio
In qua eſt vt in eum antecedente.
Et cum in ea per modum ſit illius,
Per actum intelligitur ipſius.

Quo-

440. Quoniam naturæ intellectuales,
Non cadunt sub imaginatione;
Quæstio 88. Et nos, primò & per se materiales
Habemus res, in intellectione:
Substantiæ nequeunt immateriales
Capi,primo & per se, cognitione,
Quæ,vt exposcit vita hæc mortalis,
Animæ nostræ est connaturalis,

441. Sunt prorsus à sensibili natura,
Substãtiæ abstractæ alterius rationis;
Vnde intellectus,nequit ab impura
Rei quidditate , ex vi abstractionis
Venire ad entia,quæ sint adeo pura,
Vt illum, actu assimilationis,
Ad eas quidditatiue cognoscendum
Perducant,& perfectè intelligendum.

442. Cum nequeant intelligi in hac vita
Substantiæ intelligibiles creatæ,
Nec intelligi potest infinita
Essentia substantiæ increatæ·
Obiecta enim hic directè scita
Solummodo sũt res materiatæ, (mus:
Per quas ad cognoscendũ Deũ veni-
Nõ ergo Deus,est id quod primo scim⁹

Cum

443. Cum operandi species, modo essendi
Oporteat quod sit proportionata;
Quæ- Et alium habeat modum existendi
stio Anima nostra quando est separata;
89. Alium hęc habet modũ cognoscẽdi
Ab eo quẽ habet quãdo est copulata.
Non ergo ad Phãtasma tũc se vertet,
Sed ad superiora se conuertet.

444. Cum Anima seiuncta, se cognoscat
Per se, quia se ad phãtasma nõ cõuertit
Et alia, vt in ipsa sunt, agnoscat;
Quia illa in ipsã, modo quodã vertit;
Necesse est, quod vt seipsam, noscat,
Ea quæ non esse supra se aduertit;
Angelos verò non ita perfecte,
Sed sicut ipsa est, sic imperfectè.

445. Per species à rebus non acceptas,
Est animæ seiunctæ intelligentia.
Nam suas habet species receptas
Ex luminis Diuini influentia.
Nõ tamẽ habet omnes res perceptas
Per eas, distinctè; vt altiora entia;
Sed ĩperfectè; ex eo quod formæ tales
Nequeunt esse ei connaturales.

Ani-

446. Anima ſeparata, vt imperfecta,
Ex modo,quem tunc habet exiſtendi
Eſt præter naturaliter affecta
Eo modo,quē tunc habet cognoſcēdi.
Non ergò omnia ſingularia,inſpecta
Ab Angelis, ex propria vi noſcendi;
Diſtinctè poſſunt eſſe ab ea percepta:
Nam vt recipiens eſt,ſic ſunt recepta.

447. Cum ſeparatur forma intellectiua;
Scientia non poteſt remanere ,
Quantum ad id quod eſt à ſenſitiua
Potentia quodammodo pendere.
Sed prout ſpecierum deſtructiua
Nulla res eſt;oportet eam manere,
Cum neque intellectus corrumpatur
In quo ſcientia quoque ſubiectatur.

448. Actus Habituū,qui hic acquiruntur,
In Anima non manet ſeparata;
Eo modo,quo nūc propriè eliciūtur ,
Ideſt reſpectu àd phantaſiata.
Sed manēt alio modo,aut producūtur
Eorum propria ſpecie non mutata .
Nam ſpecie intellegibili manente,
Mutatur diſpoſitio in Agente .

Ani-

449. Animæ facta ſeparatione,
Actu non ſunt potentiæ ſenſitiuæ.
A ſenſibilium ergo abſtractione,
Vires retractæ ſunt intellectiuæ.
Nam iſtæ, media ſunt ſenſatione,
Senſibili à materia abſtractiuæ.
Non ergò impediet ſuam cognitioné,
Inſtantia loci per abſtractionem.

450, Vt à commercio noſtro ſegregatæ,
Sicut earum conſtat modo eſſendi;
Animæ rationales ſeparatę,
Nõ habẽt vim. quæ fiunt hic, noſcendi,
Nam ipſæ tunc ad ea ſunt ordinatæ
Quæ ad alium ſtatũ pertinẽt viuendi
Et ſolum, naturaliter ea ſpectant,
Quæ iã nouerunt, vel natura affectãt,

451. Animam eſſe de ſubſtantia Dei,
Qui purus actus eſt; nõ eſt dicendum.
Quæſtio 90. Quoniam quandoque eſt cõueniẽs ei,
Eſſe in potentia ad intelligendum;
Et abſtrahendo à materia rei,
Procedere ad ſcientias acquirendum.
Licet ergò incorporea, & abſtracta,
Nõ eſt de Dei ſubſtãtia, ſed eſt facta.

Ani-

52. Animæ rationali,vt ſubſiſtenti;
Conuenit fieri,vt & habere eſſe.
Nam ſolum eſt cõueniens,eſſe habẽti;
Quod ens dicatur,& dicatur eſſe.
Et quia non ex materia eſt præiacẽti,
(Nã quod ſit incorporea,eſt neceſſe)
Nec mentes habent traſmutationem
Oportet fieri per Creationem.

53. Angelis mediantibus cauſata
Non poteſt eſſe forma rationalis.
Nam neceſſario ipſa eſt creata,
Eo quod eſt Forma immaterialis.
Ex nihilo eſt ergò à Deo plaſmata,
Nã Deus eſt omniũ cauſa vniuerſalis.
Et cauſat,nil ſupponens rei cauſatæ;
Quia prima cauſa eſt immediatè.

54. Anima intellectiuà eſt pars naturæ
Humanæ,& Formę habet rationem.
Sunt autem inſtitutæ creaturæ
Iuxta ſui ſtatus requiſitionem:
Et anima ex proprio formæ iure,
Nequit habere ſuã perfectionem;
Niſi vt comparti corpori iungatur;
Simul ergo cum corpore creatur.

LIBER OCTAVVS.

DE Anima humana iam præfato
Sermone peracutè, & excellenter,
De corpore humano, à Deo formato
De limo, Thomas dixit consequenter.
Et de homine primo, à Deo patrato,
Et de muliere socia subsequenter,
Et statum innocentiæ declarauit,
Et sic sua verba altissima inchoauit.

455. Animam habet de spirituali
Homo; de Cælis verò æqualitatem;
Quæ- Secundum quod in parte corporali
stio Non multam habet contrarietatem.
91. Prima elementa in esse virtuali,
Infima, habet, ad proprietatem.
Hinc Microcosmos est, & iã formatũ
Corpus de limo terræ, est illi aptatũ.

An-

456. Angeli ad formā corpus trāſmutare
Non poſſunt, niſi ſemina adhibendo.
Non potuerunt igitur formare
Corpus, homini primo inſtituendo.
Nā tunc non erat aliud corpus dare
Humanū, verè, & proprie loquendo.
Fuit ergo Corpus Adæ immediatè
Factum à Deo, vt aliæ res creatæ.

457. Quoniā materia ad formā ordinatur
Et inſtrumenta ad opera Agentis;
Quamuis in ea defectus adſtringatur,
Præter intentionem diſponentis,
Animæ, Corpus, ſic proportionatur
Vt ipſa rectè vtatur inſtrumentis;
Fuit ergò Corpus hominis, & rectè
Diſpoſitum per organa, & perfectè.

458. Quia ſolus Homo, ex omni creatura,
Imaginem accepit Creatoris;
Quælibet alia, eſt propter eū Factura,
Et ipſe intentum primū eſt Factoris,
Conuenienter ergò in Scriptura
Quaſi productæ rei præſtantioris
Fuit Hominis deſcriptio ſpecialis,
Vt eius niteat gloria principalis.

Opor-

459. Oportuit Viro, adiutorium dari,
Propter humanam generationem.
Quæ- Non enim poteſt homo propagari
ſtio Vt plantæ, ſed per ſexuum mixtionẽ
92. Mulierem ergò oportuit formari
Poſt almam viri præſtitutionem,
Vt poſſent eſſe duo in carne vna,
Et fieret generatio opportuna.

460. Ex Viro fuit mulier formanda,
In prima rerum inſtitutione.
Nam viro erat dignitas ſeruanda,
Secundùm Dei aſſimilationem;
Vt ſpecies noſtra, ex ipſo propaganda,
Ipſius haberet recognitionem.
Ideſt, vt omnia ſunt à Deo creata,
Sic tota ab ipſo eſſet propagata.

461. Cõueniens fuit, quod Mulier formarẽ
De coſta Viri, ob ſuam ſocietatem.
De capite non fuit, ne cenſeretur
Habere ſuper virum, facultatem;
Neque de pede, ne deſignaretur,
Vt Serua ſub illius poteſtatem,
Cũ ſomno autẽ; quia ſunt Sacramẽta
E dormientis latere obtenta.

Ma-

462. Materia, ex qua Homo generatur,
Humanum semen est à Deo statutũ.
Non ergò naturaliter putatur
Humanum indiuĩduum constitutum
Ex alia (quæcunque excogitatur)
Materia; cum non ei sit hoc tributum:
Deus ergò solus, cuius est creare,
Mulierem potuit, Viri ex costa, dare.

463. De ratione imaginis perfectæ,
Omnino est æqualis magnitudo;
Quæ- Sed non de ratione imperfectæ,
stio Cui sufficit quod sit similitudo;
93. Ab eo tamẽ expressa, ad quod directè
In ipsa est imitandi habitudo. (relatus
Hinc Dei Imago est Homo, eo quod
Ad Deum, prout ab ipso est exẽplatus

464. Si est secundum speciem deficiens,
Quamuis à Deo, ipsa exempletur,
Similitudo rei non est sufficiens,
Ad hoc vt proprie imago Dei formeť.
Non ergo in Brutis, altius rẽ perficiẽs
Imago Dei, cum proprietate habetur;
Nam quasi species Dei, nõ exẽplatur,
Si esse intellectiuum, non ponatur.

In

465. In Angelo, & in Homine, inuenitur
Imago Dei secundum proprietatem.
Quoniam vterque ipsorum definitur
Per intellectualem quidditatem.
Sed absolutè, magis reperitur
In Angelo, ob naturæ qualitatem;
Secundum quid in Homine, vt ex eo
Est Homo; sicut Deus est de Deo.

466. In homine quocunque, est Dei imago
Nam omnis homo, est intellectualis.
Siue vnus, alterius sit propago,
Vt generatio poscit naturalis;
Siuè consideretur vt virago;
Siuè vt omnium vir primordialis.
Sed alia Imago est, qua potiuntur,
Per gratiā iusti, & plus qui Deo fruūtur

467. Quantum ad Trinitatem Personarū,
In homine, Imago Dei relucet.
Naturæ namque imagine, illarum
Imago non excluditur, sed lucet.
Nam vt essentiæ conuenit; ipsarum
Origo in essentia sic collucet.
Vt vt natura est in Personis trina,
Sic etiam, Imago est Diuina.

Est

468. Est mens humana, repræsentatiua,
Aliquo modo, quasi speciei,
Diuinæ Essētiæ; eo quod intellectiua,
Et potens velle; vt est Essētia Dei;
Et Verbi, & Amoris productiua
Est intellectæ, & amatæ rei.
Quoad mētē ergò, in homine saluatur
Illud quod propriè Imago Dei, vocatur

469. Personę Trinitatis distinguuntur
Secundum quod est Verbū à Dicēte,
Et prout istæ duæ connectuntur,
Amore ab vtraque procedente.
At sine actu non inueniuntur
Verbū, & Amor, in humana mente.
Quoad intellectus ergò, & voluntatis
Actū, in ipsa, Imago est Trinitatis.

470. Imago importat aliquid pertingens
Ad speciei repræsentationem.
Similitudo ergò non attingens
Vtrāque ad intra in Deo Processionē;
Entis, quod Deus est; ac Triadē strīgēs
Imaginis non habet rationem,
Sed illa tantum, quæ originatur
Ex Dei notitia, & qua Deus amatur.

Simi-

471. Similitudo imaginem excedit
Propter maiorem suã cõmu nitatem,
Et ipsam vt Præambulum pręcedit
Et dicit sic,ab ipsa alietatem.
Ab ea distincta est etiam, vt succedit
Imagini dicendo qualitatem.
Vt cum dicitur similis,perfecta
Imago rei,non autem imperfecta.

472. Qui Deum per essentiã sunt Vidẽtes;
Nõ possũt quidquã velle,quod sit reũ;
Quæstio 94. Quia firmitèr sunt ipsum diligentes,
Vt firmi sunt ad intuendum eum.
Non ergò ante actus suos nocentes
Adamus vidit per essentiam Deum;
Secundùm vitæ illius cõmunẽ statũ.
Nam incidit de facto in peccatum.

473. In Innocentiæ Statu,per Essentiam,
Angelos,Mens humana,nõ cognouit.
Nã Angelus non habuit conuertẽtiã
Ad phantasiã,cum se,vel alia nouit.
Sed sic,mẽs habuit nostra,intelligẽtiã;
Nam,ad regẽdũ ipsum,corpus fouit.
Vndè Scripturam legimus,dicentem,
Factus est Homo in animã viuentẽ.

474. Ea supernaturalia scibilia;
Cognouit Adam, ad quæ ordinamur,
Et omnia natura noscibilia
Quibus necesse est, vt instruamur.
Nam caput, cuncta intelligibilia
Debuit scire, quibus gubernamur,
Et sicut statim potuit generare,
Sic debuit statim posse gubernare.

475. Non potuit in statu Innocentiæ
Aliquod malum reperiri, aut esse.
Quod autẽ falsum, malũ sit potentiæ
Intellectiuæ, omninò est necesse.
Non ergo malum tunc decipientiæ
Passiuæ, potuit in Adamo esse.
Potuit ergò Adam tunc nescire
Aliqua, sed non falsis assentire.

476. Fuit gratia primo Homini collata;
In ipso actu suæ creationis.
Quæstio 95. Nam Ratio erat Deo subordinata,
Et Pars inferior Parti Rationis:
Et Corpus Menti, donec obseruata
Regula fuit supremæ iussionis.
Si verò hæc, ex gratia non fuissent;
In Homine post culpam remansissét.

In

477. In ſtatu Innocentiæ, paſsiones
Absẽtis Boni, & hic aut nũc,habẽdi;
Non erant,neque aliæ affectiones,
Habentes rationem affligendi.
Erant habiti Boni, motiones,
Et Boni, ſuo tempore aſſequendi.
Nam erat omne Bonũ tũc habẽdũ:
Nullumq; Malũ præſens vel timẽdũ.

478. In primo ſtatu, ratio ſubiecta
Diuinæ erat ordinationi,
Et ſubdebantur ſerie perfecta,
Inferiores vires rationi.
Eſt autem virtus,id quo,Ratio eſt re-
Et alia ſuæ ſubduntur ditioni. (cta,
Virtutes ergò habuit quaſcumque
Adam in primo ſtatu,ſed vtcumque.

479. In ſtatu Innocentiæ,potiora
Ex parte gratiæ copioſioris,
Opera hæc magna erant,& maiora,
Prout virtutis homo erat maioris;
Sed erant nihilominùs minora
Quàm ſunt in ſtatu Præuaricatoris;
Iuxta proportionalem quantitatem:
Propter humanam imbecillitatem.

480.Homini Animalia subduntur,
Quantùm est ex natura ordinatorũ.
Quæ- Nam imperfectiora conuertuntur.
stio In vsum Animantium perfectorum.
96. Vnde & Bruta Plantis nutriuntur,
Et Plantis Homo,Carneq;Brutorum,
Sed propter Adæ inobedientiam,
Bruta negarunt ei obedientiam.

481.Angelis Homo non dominabatur,
Nã Ratio habebat locum dominãtis,
Vnde in eo non reperiebatur
Angelus,nisi in esse principantis.
Sed absque impedimento vtebatur
Inanimatis, & præcipuè Plantis.
Brutis verò imperabat. Quia statuta
Erant in ipso,vt portio sensuũ,Bruta.

482.Dispares sexu Homines fuissent,
In primo Statu ob generationem.
Et neque in ætate conuenissent
Propter dandam in eis,successionem.
Neque in Anima, quoniã præfulsissẽt
Alij ob iustitiam,vel cognitionem.
Nec quoad corpus;nã complessionati
Quidam,magis quàm alij,essẽt nati.

Homo,

483. Homo, in primo ſtatu, dominari
Homini, ſicut ſeruo, nequiuiſset.
Nam ſeruum libertate ſua priuari
Oportet; idque tunc non cõtigiſſet.
Quoniam verò ſimul ſociari
Homines ordinatè, oportuiſſet;
Subditi bonum non ad ſe ordinando,
Rexiſſet vnus alium gubernando.

484. Angelus eſt, vt immaterialis,
Per ſe incorruptilis dicendus,
Quæ- Et Cælum, eo quod eſt materiæ talis
ſtio Quod nequit actus, eſſe ab ea tollẽdus.
97. Et eſt in Patria Homo immortalis,
Vt nũquã, propter gloriã, corrũpẽdus.
In primo autem ſtatu, (ſolum ſtante
Iuſtitia) Corpus Anima ſeruante.

485. Fuit Homo, paſsione perfectiua
Paſsibilis, in ſtatu Innocentiæ.
Nam potuit ſoporari, & ſenſitiua
Potentia vti, & actu intelligentiæ.
Non autem paſsione offenſiua,
Aut veniente ex actu violentiæ.
Nã ſtante gratia, vt mortẽ pręcauere,
Poterat paſsionem prohibere.

486. In primo ſtatu, vitam animalem
Habebat homo,& cibis indigentem,
Vt in futuro ad ſpiritualem
Ducetur propter Formã, Deũ, vidẽtẽ.
Vitam habebat ergo alimentalem
Propter vegetatiuam nutrientem,
Qua poterat augeri, & generare;
Nam ei ſic proprie cõgruit animare.

487. Quoniam habebat vim, roboratiuam
Specificæ virtutis; lignum vitæ;
Habebat quandam vim perpetuitiuã
Ex vi comeſtionis repetitæ.
Non verò abſolutè ſeruatiuam:
Quia nec virtutis erat infinitæ;
Nec vim qua corpus animã ſeruabat.
Subſtantia, ex ipſo habita, cauſabat.

488. Omninò eſt inconueniens caſſari
Principalem Naturæ intentionem
Quæ. In ſtatu ergò Innocentiæ, dari
ſtio Oportuiſſet Generationem.
98. Siquidem patet iſtam ordinari
Ad ſpeciei conſeruationem.
Species namque eſt à Natura, intẽta,
Et eſt in indiuiduis contenta.

Per

489. Per coitum,fuiſſet Generatio
In ſtatu Innocentiæ,vt modo datur:
Sed non cõcupiſcentię immoderatio,
Nã portio inferior Mẽti ſubdebatur,
Virtutis ergo Maris, applicatio
Fuiſset,per quam homo propagatur,
Coniunctione ſexuum; nam actiua
Virtus in Mare,in Fęmina eſt paſsiua.

490. Sicut nunc etiam,decet imperfectam
Aetatem; ij qui paruuli fuiſſent,
Quæ-ſtio 99. In ſtatu Innocentiæ, vim perfectam
Mouẽdi membra minimè habuiſsẽt.
Quoniam ſecundum voluntatẽ rectã.
Vtique membra tunc nõ defeciſsẽt;
Quæ tamen ſunt adultum cõdecẽtia,
Paruulis non fuiſſent competentia.

491. Diuerſi ſexus ad perfectionem
Humanæ ſpeciei requiruntur;
Sicut ad Vniuerſi rationem
Diuerſi rerum gradus exiguntur.
Vt ergo nunc per generationem
Maſculus, & Fœmella producuntur;
Sexus vterque genitus fuiſſet
Si ſtatus Innocentiæ permanſiſſet.

492. Toti naturæ humanæ, à Deo collatum
Donum Iustitiæ fuit Originalis.
Quæ- Fuisset ergò in omnes propagatum
stio Vt opposita culpa, generalis.
100. Nam esse vnius generis est datum
Oppositis, in bonis, & in malis:
Et accidens naturæ inuenitur,
In quibuscumque ipsa reperítur.

493. Quoniam infantes in natiuitate,
Non habuissent plus perfectionis
Quam sui parentes in maiori ætate;
Et actu ipso generationis;
In recto non fuissent confirmatæ
Progenies ortæ in Iustitiæ Bonis;
Ex priuilegio tamen cum concepit
Beata Virgo, donum hoc accepit.

494. Pueri, non in scientia perfecti,
In statu innocentiæ, nascerentur,
Quæ- Sed specie cognoscibilis obiecti,
stio Eam per sensus adipiscerentur.
102. Nam licèt essent animabus recti,
Non tamen incorporei orirentur.
Mens autem ideo corpori est vnita,
Vt sit scientia ex sensu acquisita.

Per-

495. Perfectum pueri in ſtatu innocentiæ,
Non habuiſſent vſum rationis,
Nam impeditæ ſenſuum potentiæ,
Vt actu patet ſoporationis;
Impediũt actum noſtræ intelligẽtiæ,
Saltèm reſpectu ſuæ perfectionis:
Sunt autem pueri ſenſus, vt grauati
Humido nimio cerebri, ligati.

496. Terreſtris Paradiſus in Scriptura,
Eſt vt corporeus locus enarratus.
Quæstio 102. Cum ergo firma ſit hiſtoria pura
Geneſeos, eſt vt talis æſtimatus.
Et eſt cum delectabili ſtructura
In parte Orientali collocatus.
Conuenit namque Horto pulchriori
Situm habere in parte digniori.

497. Humanæ congruit habitationi,
In innocentiæ ſtatu Paradiſus;
Vt aere,& cibis,incorruptioni,
Homini eſſet, noxios vitans niſus:
Nam ſubtraxiſſet ſe corruptioni,
Ab intra,& extra,homo;à Deo proui-
Cũ aere puro fructus excellẽtes (ſus;
Habens,& ſemper arbores florentes.

498. Fuit Homo in Paradiſo conſtitutus,
Vt illum ſemper Deus iuſtificaret,
Et cum ſic eſſet Homo inſtitutus,
Ab omni malo ipſum præſeruaret:
Et etiam vt Homo gratia indutus,
Iucunde in Paradiſo laboraret;
Eumque ſibi ipſi cuſtodiret,
Ne, per peccatum, extra illum iret,

498. Ex Dono Dei, non verò ex Natura,
Homini fuit incorruptio data.
Vt ergo id ſciret, ipſa Dei Factura,
Fuit extra Paradiſum fabricata.
Vt animalis autem Creatura
Poſtmodum fuit, in ipſo collocata;
Vt incorrupta ibi ſeruaretur;
Poſtque ſpiritualis redderetur.

LIBER NONVS.

POstquam Aquinas de productione
Vniuersarum rerum verba fecit;
De ipsa quoque gubernatione
Doctrinam lucidissimam confecit:
De Vniuersi administratione
Per Spiritus quos Deus ei præfecit;
Et alia dicens ipsam concernentia,
Ad verba hæc deuenit consequentia.

500. Vel sẽper, id quod melius, vel frequẽ-
In rebus naturalibus, videmus. (ter
Quæ- Vndè & Mundum ipsum, cõsequẽter
stio Directum esse ab aliquo, censemus;
103. Et illum, quia dispositum prudenter,
Vtique gubernatum, proferemus,
Sicut ab Ordinante gubernata
Dicitur, domus, rectè ordinata.

501. Finis, eſt Bonum : & vniuerſalis ;
Vniuerſale Bonum debet eſſe .
Eſt ergò Finis rerum generalis ,
Quod Bonũ eſt Eſſentia & ipſo Eſſe:
Et quia res nulla in Mũdo datur talis;
Quod hoc ſit extra Mũdũ, eſt neceſſe :
Et extra Mundum dicat ſuã tẽdentiã.
Guberniũ Mũdi ad Bonũ per Eſsẽtiã.

502. Cum optimum, pro fine, gubernatio
Reſpiciat rerum omnium creatarũ;
Optima quoque debet eſſe ratio ,
Et ſpecies regiminis ipſarum .
Per vnum ergò habetur moderatio
Rerũ, quæ in Mundo ſunt, vniuerſarũ.
Quia cũ per plures, malè diſponãtur,
Entia per vnum rectè gubernantur .

503. Ex parte finis, Mundum gubernari ,
Non habet niſi vnicum effectum ,
Scilicet ſummo Bono aſsimilari .
Nã Vniuerſum, bonũ; quia perfectũ .
Sed ipſum in hoc Bono conſeruari;
Et eſſe ad Bonum, motum, & euectũ;
Referunt Mundi conſeruationem
In Bono ; & ad Bonum, motionem .

Om-

504. Omnia Diuinæ gubernationi
Subduntur, ac Diuinæ Bonitati.
Omnia namque, Dei productioni
Subdita ſunt, ac Dei cauſalitati.
Et ſunt, ad id quod habet sũmi Boni
Conceptum, cuncti effectus ordinati.
Et cuius eſt producere, & cauſare;
Illius eſt perfectionem dare.

505. Gubernat omnia Deus immediatè,
Quantum ad gubernandi rationem.
Quia, maxima, hæc, pollet bonitate,
Si habeat ad cuncta extenſionem.
Quædam verò gubernat mediatè
Quantũ ad actus exequtionem. (tis,
Quia maior eſt perfectio in guberna-
Si & bona ſint, & cauſa bonitatis.

506. Ordinem cauſæ huius, aut illius
Propterea poteſt aliquid exire;
Quia quod ſubtrahitur ordini iſtius
Alterius valet ſeriem introire.
Non autem poteſt ordinem, ipſius
Vniuerſalis cauſæ præterire;
Nam ſi ex vna parte egrediatur,
Oportet quòd in aliam relabatur.

Ex

507,Ex eo quod Diuina gubernatio ,
Prout à causa est vniuersali ;
Omninò est,in Bonum ordinatio ;
Nullamque intentionẽ claudit Mali ;
Non est in eam renisus, aut obstatio,
Sed solùm vt à causa est speciali .
Conatus namque operationum
Rei cuiuscumq;nõ est nisi in Bonum:

508.Nõ omnia Deus cõseruat præseruãdo,
Nã aliqua,nõ habent corrumpentia.
Quæstio Sed omnia conseruat conseruando ,
Eo quod in esse ab eo sũt depẽdentia.
104. Et sic à Deo, non solùm in causando,
Pendent;sed vt in esse permanentia
Et vt non lucet aer, Sole absente
Nil est,Authore essendi,nõ præsentẽ.

509.Cũ Deus sit omniũ causa principalis.
Conseruat quædam entia,mediatè ;
Sicut apparet in natura salis ,
Nã sunt per eã,res quędã pręseruatę.
Et vt ostendit virtus Saturnalis ,
Eo quod sunt ea,res fixæ conseruatæ.
Quædam conseruant ergò secũdariò.
Secũdæ causæ:& oĩa Deus,primariò .

Ex

510. Ex nihilo sunt res à Deo productæ;
Necessitate nulla Deum cogente.
Res ergo possunt esse à Deo reductæ
In nihilum, vt factæ ex non ente.
Nã sicut sunt in esse ab eo deductæ,
Et conseruatæ ab ipso, vt eis præsẽte,
Sic Deus valet eas annihilare,
Vt potuit cum non erant, nõ creare.

511. Remanent, saltem, res materiales,
Quoad materiã ex qua sunt cõpactę.
Et ad non esse, immateriales
Nõ habẽt posse; & si ex eo sint factæ:
Minusq; gratiam publicant res tales,
Si à Deo sint in nihilum, redactæ.
Quod ergò nulla res annihilatur;
Oportet quod simpliciter dicatur.

512. Materia, in potentia est passiua;
Et forma, actus est quo actuatur.
Quæstio 105. Cum ergò sit in Deo, potentia actiua,
Nil prohibet quod à Deo moueatur;
Et sicut sub virtute est creatiua,
Immediatè in actum reducatur;
Nam sicut est producta immediatè,
Sic manet sub diuina potestate.

Qui

513. Qui formam causat, etiam disponit
Ad illam, & dat motũ consequẽtem.
Vt ignis ignem gignens, formã ponit
Per actum suum calefacientem.
Et motum igni genito apponit,
Et sic seipsum reddit, eum mouentẽ.
Deus ergo potest Corpora mouere
Immediatè, vt formis ea complere.

514. Deus est primum immateriale
Et primũ Ens omninò independẽter.
Est ipse primum intellectuale,
Et omnia sunt ab ipso dependenter.
Vndè & quoad posse naturale,
Et quoad ea quę addũtur cõsequẽter;
Ad vnumquemq; intelligẽdi effectũ,
Creatum Deus mouet intellectum.

515. Cum Deus sit ipsum Bonũ per Esѕẽtiã;
Sicut Obiectum, mouet voluntatem.
Cum autẽ super omnia pręsidẽtiam,
Atque supremam habeat potestatẽ;
Appetitiuam quamlibet potentiam,
Ad ipsam Boni vniuersalitatem,
Interius inclinare est proprium ei;
Nã primũ Mouens esse, est proprium Dei.

Deus

516. Deus vt ei ſunt Bona aſſimilata,
Mouet vt Finis omnia ad appetēdū:
Et quia cum ſunt Agentia ordinata,
Primum mouet ſecundū ad agendū;
Mouet vt Agens, omnia creata
Agentia, ad quodcumque efficiendū:
Et vt Agentis Forma ab eo ſeruatur;
In omni operante operatur,

517. Contra ordinem rerum operari
Prout ab ipſo habent dependentiam
Non poteſt Deus; nam ſibi aduerſari
Id eſſet; ſuam lædendo præſcientiam.
Sed contra illum, poteſt quidpiā dari
Vt ad creata dicunt ſuam pendentiā;
Nā vt ſecūdę cauſę à Deo cōduntur,
Sic ordines illarum, ei ſubduntur.

518. Cuncta quæ præter ordinem Naturæ
Fiunt à Deo, Miracula cenſentur.
Nam intellectuales Creaturæ
Ipſos effectus vtique intuentur;
Sed cauſam neſciunt, naturalis iure
Luminis, vt & ſtupidæ fatentur.
Sicut quia cauſa ab ipſo ignoratur,
Eclypſim Solis Ruſticus miratur.

Quan-

519. Quanto magis excedunt naturalem
Virtutem, sunt miracula maiora.
Et sic ea quæ substantiam habēt talē
Sunt cunctis alijs mirabiliora.
Quæ verò modum supernaturalem
Sed nō substantiā habēt, sūt minora,
Sed media inter vtraque putantur
Quę à solo Deo quoad subiectū dāt.

520. Vt calido perfectè, approximatur
Calidum imperfectè, & sic augescit;
Quæ- Angelus vnus, alio illuminatur;
stio Et veritas ignota illucescit.
206. Nā lumen est id quod manifestatur,
Et veritas vt lumen innotescit.
Præter quā quod sua scita vniuersalia;
Tradit superior, scissa, & specialia.

521. Deus solus, habet inclinationum,
Omninò immutationum potestatem.
Quia solus est, ac mōstrat omne Bo-
Solusq; dat viuendi facultatem. (nū.
Non ergò est causa immutationum
Angelus in alterius voluntatem
Sed eam, vt Bonum est particulare,
Et monstrans alia; potest inclinare.

Sub

22.Sub vno,alius Ordo Angelorum,
Sicut cauſa ſub cauſa, continetur.
Oportet ergo vt vnus ordo illorum
Similiter ad alium ordinetur.
Et quoniam prætermiſsio ipſorum
Ad noſtrum Bonum nō ordinaretur;
Semper ſuperior ſuum inferiorem
Illuſtrat, & hic numquam altiorem.

23.Participant ex Deo, creata Entia,
Quòd propria Bona in alias res tradu-
Et ideo,ſimilia ſibi,Agentia (cant.
Corporea,vt eſt poſsibile, producant.
Angeli ergò, in quadam excellentia,
Oportet quòd ſimiliter inducant
In Angelos ab eis illuminatos,
Omnes conceptus,eis manifeſtatos.

24.Eſt res intelligibilis in mente,
Primò prout in habitu confertur.
Quæ- Secundò vt in actu intelligente,
ſtio Ac tertiò,vt ad alterum refertur.
107. Et ſic ex ipſa priùs in ſe loquente
Verbū quod erat intus, extra fertur.
Angeli ergò, Angelis loquuntur,
Ad quos eorum verba diriguntur.
Quia

525. Quia veritas eſt lumen intellectus
Prout à prima pendet veritate:
(Vnde nõ dat,quod ille ſit perfectus,
Id quod ex hac,aut illa,eſt volũtate;)
Non eſt illuminatio, cùm directus
Eſt Angelus à propria libertate;
Sed ſolũ eſt loquutio; & ſic ſuperior
Angelus loqui poteſt,& inferior.

526. Quoniam loquutio Angeli fit quãdo
Mentis cõceptio ad alium ordinatur;
Siue aliquid ei communicando
Vt Doctor cum Diſcipulo profatur;
Siuè ab illo aliquid captando,
Sicut addiſcẽs cum Magiſtro effatur;
Angelus omnis loquitur cum Deo,
Vt aliquid percipiat ab eo.

527. A loco,& à tempore eſt abſtracta;
Noſtra intellectualis operatio,
Quamuis aliquo modo ſit contracta
Per accidens,vt iuncta eſt ei ſenſatio.
Sed ſine hoc in Angelis, exacta
Loquutio habetur,& illuminatio;
Et ſic non impeditur ex diſtantia
Loci,vel temporali circumſtantia.

Ex

28. Ex voluntatis ordinatione
Angelica loquutio, eſt ignota
Angelis, quibus ex intentione
Loquentis, nullo modo eſt admota.
Quamuis ex facta illuminatione
Veritas omni Angelo ſit nota;
Nam illa ex voluntate propria vni,
Et hæc eſt à principio communi.

29. Quãquã ſub vno Principe, tres dãtur
In Cælo Hierarchiæ Angelorum.
Quæ- Nam ea de quibus ipſi illuminantur
ſtio Conſtat quòd etiã triũ ſunt modorũ.
108. Quia ſine medio à Deo cõmunicãtur;
Et per actum communiũ mediorũ;
Et prout illi ſunt appropriata,
Habentur à quacunque re creata,

30. Sicut eſt vnus ordo Iudicantium
In vna, èademque Ciuitate,
Militum alius; alius laborantium
Vt res in ea ſint benè ordinatæ.
Sic Hierarchia Cęlituũ, Deũ laudãtiũ,
Ordinum fulta ex diuerſitate,
Scilicèt sũmi, & medij, & poſtremi;
Omneſq; ad nutũ Domini ſupremi.

Quia

531. Quia qui cognoſcit aliqua imperfectè.
Diſtinguit illa in vniuerſali.
Et Angelicæ mentes, intellectæ
A nobis ſolùm ſunt in generali;
Nec munera ipſarum nos perfectè
Diſtinguimus, nec eas in ſpeciali;
Sed dicimus quòd omnis ordo ipſarũ
Plures, & propriè, continet earum.

532. Diſtinctiones ordinum ſumuntur
In Angelis ex fine naturali.
Nam Deum natura norũt, & ferũtur
Amore erga Deum connaturali.
Et quãquam cõpletiuè diſtinguuntur
Ex fine, etiam, ſupernaturali;
Tamen ad hoc, ſunt naturalia Bona
Cum habeãt, iuxta ea, gratuita Dona.

533. Ordines Angelorum nominantur
Congruè ex miniſterio exteriori.
Et etiam congruenter appellantur;
Vel ex participato meliori,
Vel vt perfectiones adæquantur],
Vel ex dicente exceſſum in maiori.
Nã quòd ęquatur medijs, in ſupremis
Excedit, & minuitur in extremis.

Or-

34. Ordinum afsignata graduatio,
Ex eo quod vnum, aliud attingit,
Congrua eſt; nam omnis ordinatio,
Suauiter, quæ ordinat, perſtringit.
Et etiã congruit; quia præcipiens ra-
Ad executionem, ea contingit (tio,
Secundùm ſubditorum rationem,
Et congruam cunctis diſpoſitionem,

35. Poſt diẽ Iudicij, quoad diſtinctiones,
Ordines Angelorum remanebunt.
Namque naturæ eædem rationes
Erunt, eodẽq; gradu Deum videbunt.
Sed quoad ſuas executiones,
Munera eorumdem, non manebunt.
Niſi vt requirit finis conſecutio,
Poſt pugnã, ac triumphi proſecutio.

6. Ordines Angelorum diſtinguuntur
Secundùm gratiæ gradus, & naturæ.
Et quoad gradus gratiæ, aſſumuntur
Ad ipſos, rationales creaturæ.
Nam gratiæ gradus, iſtis conferuntur
Vt illis; & ſic Deum ſunt hæ viſuræ.
Licèt quantum ad gradus naturarũ,
Non aſſumatur aliqua ipſarum.

In

537. In ordine ex gratia consummata,
Dæmones, neque sunt, neque fuerũt.
Quæstio 109. Et ab ordine ex gratia inchoata
Ex eorum nequitia, cæciderunt.
Sed quoniam ipsi, naturalia data,
Nec etiam quoad gradus amiserunt,
Sunt adhuc in ordinibus eorum,
Quãtũ ad id quod est Naturæ ipsorũ.

538. Dæmonum dispositio naturalis,
Requirit quòd in eis sit prælatio.
Quoniã natura Dæmonum est talis,
Quòd in quibusdam sit subordinatio.
Sicut sub Cælis est res corporalis,
Quam regit, vt superior, Orbiũ latio.
Nam congruũ sapientiæ Dei, putatur
Quòd nil inordinatum relinquatur.

539. Illuminatio, verè, & propriè dicta
Non potest in Dæmonibus haberi.
Nã Dæmonũ voluntas malo addicta
Non ordinat ad Deũ, qui lux est veri;
Et à peruersitate est adeò victa,
Quod alios vult à recto remoueri.
Sed quoad illud quòd locutio prę̨stat,
Conceptum, vnus alij, manifestat.

Pri-

540. Primò, & originaliter; in Deo
Integer ordo eſt Prælationis;
Participatus pòſtmodum ex eo;
Pro gradu, ad eum, appropinquationis
Vndè poſt eũ, Prælatus bono, & reo,
Secundum gradum ſuæ perfectionis:
Angelus eſt; & ſic nedum beatis
Angeli dominantur, ſed damnatis.

541. Inferiores Angeli, reguntur
Per alios, qui ſunt eis ſuperiores;
Quæ- Eo quòd illorum Formæ inueniũtur,
ſtio Species eſſe vniuerſaliores.
10. Quia ergò res corporeæ ſtatuuntur
Formis, quæ ſunt particulariores,
Vt per materiam indiuiduatæ,
Per Angelos ſunt rectę, & gubernatę.

542. Materiæ informatio, immediatè,
Vel eſt à Deo, vel à corporeo agente.
Nã huic sũt res corporeæ aſsimilatę,
Vt à corporeo ſunt efficiente.
Sicut à Deo ſunt altiùs cauſatæ,
Vt eas, in ſua virtute, continente.
Non ergò eſt ab Angelis: iſtorum
Nãque, nil habet cętus Angelorum.

549. Angeli propter Homines mittuntur
A Deo in exterius ministerium.
Quæstio 112. Nam vel de nouo alicubi creduntur,
Vel nouo modo ob aliquod mysteriũ;
Quia pro salute nostra exequuntur
Supremi Regis inclytum Imperium.
Sed primò, ipsorum actio, est à Deo,
Cum agãt, vt ministri, & moti ab eo.

550. Propter ordinem gratiæ meliorem,
Ordo Naturæ interdum præteritur.
Sed nunquam ille, Quia præstantiorẽ
Ordinem, non habere comperitur.
Nec munus, mediam vel inferiorem
Excedens Hierarchiam reperitur.
Nunquam ergò mittuntur celsiores
Angeli, propter res exteriores.

551. Angeli, quantumuis administrantes,
Omnes assistunt quoad visionem;
Nam omnes habent ante Deũ stãtes,
Immediatam intuitionem.
Sed soli ex prima Hierarchia, adstãtes
Angeli sunt quoad perceptionem
Sacrorum, quæ per ipsos reuelata
Sunt illis per quos sunt administrata.
Solum

552. Solũ ex quinque ordinibus extremis,
Angeli ad ministeria mittuntur.
Nam alij, & præcipuè ex supremis
Ordinibus, nil extra exequuntur.
Quoniã per data nomina postremis
Eorum exequutiones inferuntur;
Per alias verò nominationes
Non importantur exequutiones.

553. Necesse fuit Angelos beatos
Ad Hominum custodiam deputari,
Quæstio 113. Vt Homines per illos, confirmatos
In bono, ad bonum possent regulari.
Nam eos oportet esse regulatos,
Quia possunt in agendo variari;
Et variabilia, inuariabilia Entia,
Regulant ex diuina Prouidentia.

554. Quilibet homo à proprio custoditur
Angelo, propter Formã rationalem;
Quiã quod perpetuũ est, à Deo muni-
Secũdũ Prouidentiã principalẽ. (tur
Nam propter ipsum Præside fulcitur
Quod trãsit, quia nõ habet formã ta-
Homines ergò singuli astruũtur (lẽ.
Vt transeuntium species muniuntur.

498. Fuit Homo in Paradiso constitutus,
Vt illum semper Deus iustificaret,
Et cum sic esset Homo institutus,
Ab omni malo ipsum præseruaret:
Et etiam vt Homo gratia indutus,
Iucunde in Paradiso laboraret;
Eumque sibi ipsi custodiret,
Ne, per peccatum, extra illum iret;

498. Ex Dono Dei, non verò ex Natura,
Homini fuit incorruptio data.
Vt ergo id sciret, ipsa Dei Factura,
Fuit extra Paradisum fabricata.
Vt animalis autem Creatura
Postmodum fuit, in ipso collocata;
Vt incorrupta ibi seruaretur;
Postque spiritualis redderetur.

LIBER NONVS.

POstquam Aquinas de productione
Vniuersarum rerum verba fecit ;
De ipsa quoque gubernatione
Doctrinam lucidissimam confecit :
De Vniuersi administratione
Per Spiritus quos Deus ei præfecit;
Et alia dicens ipsam concernentia ,
Ad verba hæc deuenit consequentia.

Vel sēper,id quod melius, vel frequē-
In rebus naturalibus,videmus. (ter
Quæ-stio 103. Vndè & Mundum ipsum, cōsequēter
Directum esse ab aliquo, censemus ;
Et illum,quia dispositum prudenter,
Vtique gubernatum, proferemus ,
Sicut ab Ordinante gubernata
Dicitur, domus , rectè ordinata.

501. Finis, est Bonum : & vniuersalis ;
Vniuersale Bonum debet esse .
Est ergò Finis rerum generalis ,
Quod Bonũ est Essentia & ipso Esse:
Et quia res nulla in Mũdo datur talis;
Quod hoc sit extra Mũdũ, est necesse :
Et extra Mundum dicat suã tẽdentiã.
Guberniũ Mũdi ad Bonũ per Essẽtiã.

502. Cum optimum, pro fine, gubernatio
Respiciat rerum omnium creatarũ;
Optima quoque debet esse ratio ,
Et species regiminis ipsarum .
Per vnum ergò habetur moderatio
Rerũ, quæ in Mundo sunt, vniuersarũ.
Quia cũ per plures, malè disponãtur,
Entia per vnum rectè gubernantur .

503. Ex parte finis, Mundum gubernari ,
Non habet nisi vnicum effectum ,
Scilicet summo Bono assimilari .
Nã Vniuersum, bonũ; quia perfectũ .
Sed ipsum in hoc Bono conseruari;
Et esse ad Bonum, motum, & euectũ;
Referunt Mundi conseruationem
In Bono ; & ad Bonum, motionem .

Om-

504. Omnia Diuinæ gubernationi
Subduntur, ac Diuinæ Bonitati.
Omnia namque, Dei productioni
Subdita sunt, ac Dei causalitati.
Et sunt, ad id quod habet sũmi Boni
Conceptum, cuncti effectus ordinati.
Et cuius est producere, & causare;
Illius est perfectionem dare.

505. Gubernat omnia Deus immediatè,
Quantum ad gubernandi rationem.
Quia, maxima, hæc, pollet bonitate,
Si habeat ad cuncta extensionem.
Quædam verò gubernat mediatè
Quantũ ad actus exequtionem. (tis,
Quia maior est perfectio in gubernan-
Si & bona sint, & causa bonitatis.

506. Ordinem causæ huius, aut illius
Propterea potest aliquid exire;
Quia quod subtrahitur ordini istius
Alterius valet seriem introire.
Non autem potest ordinem, ipsius
Vniuersalis causæ præterire;
Nam si ex vna parte egrediatur,
Oportet quòd in aliam relabatur.

Ex

507, Ex eo quod Diuina gubernatio,
Prout à causa est vniuersali;
Omninò est, in Bonum ordinatio;
Nullamque intentionẽ claudit Mali;
Non est in eam renisus, aut obstatio,
Sed solùm vt à causa est speciali.
Conatus namque operationum
Rei cuiuscumq; nõ est nisi in Bonum.

508. Nõ omnia Deus cõseruat præseruãdo,
Nã aliqua, nõ habent corrumpentia.
Quæ- Sed omnia conseruat conseruando,
stio Eo quod in esse ab eo sũt depẽdentia.
104. Et sic à Deo, non solùm in causando;
Pendent; sed vt in esse permanentia
Et vt non lucet aer, *Sole* absente
Nil est, Authore essendi, nõ præsente.

509. Cũ Deus sit omniũ causa principalis.
Conseruat quædam entia, mediatè;
Sicut apparet in natura salis,
Nã sunt per eã, res quędã pręseruatę.
Et vt ostendit virtus Saturnalis,
Eo quod sunt ea, res fixæ conseruatæ.
Quædam conseruant ergò secũdariò.
Secũdæ causæ: & oĩa Deus, primariò.

Ex

510. Ex nihilo ſunt res à Deo productæ;
Neceſſitate nulla Deum cogente.
Res ergo poſſunt eſſe à Deo reductæ
In nihilum, vt factæ ex non ente.
Nã ſicut ſunt in eſse ab eo deductæ,
Et conſeruatæ ab ipſo, vt eis præsẽte,
Sic Deus valet eas annihilare,
Vt potuit cum non erant, nõ creare.

511. Remanent, ſaltem, res materiales,
Quoad materiã ex qua ſunt cõpactę.
Et ad non eſſe, immateriales
Nõ habẽt poſſe; & ſi ex eo ſint factæ:
Minuſq; gratiam publicant res tales,
Si à Deo ſint in nihilum, redactæ.
Quod ergò nulla res annihilatur;
Oportet quod ſimpliciter dicatur.

512. Materia, in potentia eſt paſsiua;
Et forma, actus eſt quo actuatur.
Quæ- Cum ergò ſit in Deo, potentia actiua,
ſtio Nil prohibet quod à Deo moueatur;
105. Et ſicut ſub virtute eſt creatiua,
Immediatè in actum reducatur;
Nam ſicut eſt producta immediatè;
Sic manet ſub diuina poteſtate.

Qui

513. Qui formam causat, etiam disponit
Ad illam, & dat motũ consequẽtem.
Vt ignis ignem gignens, formã ponit
Per actum suum calefacientem.
Et motum igni genito apponit,
Et sic seipsum reddit, eum mouentẽ,
Deus ergo potest Corpora mouere
Immediatè, vt formis ea complere.

514. Deus est primum immateriale
Et primũ Ens omninò independẽter.
Est ipse primum intellectuale,
Et omnia sunt ab ipso dependenter.
Vndè & quoad posse naturale,
Et quoad ea quę addũtur cõsequẽter;
Ad vnumquemq; intelligẽdi effectũ,
Creatum Deus mouet intellectum.

515. Cum Deus sit ipsum Bonũ per Essẽtiã;
Sicut Obiectum, mouet voluntatem.
Cum autẽ super omnia pręsidẽtiam,
Atque supremam habeat potestatẽ;
Appetitiuam quamlibet potentiam,
Ad ipsam Boni vniuersalitatem,
Interius inclinare est proprium ei;
Nã primũ Mouens esse, est proprium Dei.

Deus

516. Deus vt ei ſunt Bona aſſimilata,
Mouet vt Finis omnia ad appetẽdũ:
Et quia cum ſunt Agentia ordinata,
Primum mouet ſecundũ ad agendũ;
Mouet vt Agens, omnia creata.
Agentia, ad quodcumque efficiendũ:
Et vt Agentis Forma ab eo ſeruatur;
In omni operante operatur,

517. Contra ordinem rerum operari
Prout ab ipſo habent dependentiam
Non poteſt Deus; nam ſibi aduerſari
Id eſſet; ſuam lædendo præſcientiam.
Sed contra illum, poteſt quidpiã dari
Vt ad creata dicunt ſuam pendentiã;
Nã vt ſecũdę cauſę à Deo cõduntur,
Sic ordines illarum, ei ſubduntur.

518. Cuncta quæ præter ordinem Naturæ
Fiunt à Deo, Miracula cenſentur.
Nam intellectuales Creaturæ
Ipſos effectus vtique intuentur;
Sed cauſam neſciunt, naturalis iure
Luminis, vt & ſtupidæ fatentur.
Sicut quia cauſa ab ipſo ignoratur,
Eclypſim Solis Ruſticus miratur.
Quan-

519. Quanto magis excedunt naturalem
Virtutem, sunt miracula maiora.
Et sic ea quæ substantiam habẽt talẽ
Sunt cunctis alijs mirabiliora.
Quæ verò modum supernaturalem
Sed nõ substantiã habẽt, sũt minora,
Sed media inter vtraque putantur
Quę à solo Deo quoad subiectũ dãt.

520. Vt calido perfectè, approximatur
Calidum imperfectè, & sic augescit;
Quæstio 106. Angelus vnus, alio illuminatur,
Et veritas ignota illucescit.
Nã lumen est id quod manifestatur,
Et veritas vt lumen innotescit.
Præter quã quod sua scita vniuersalia;
Tradit superior, scissa, & specialia.

521. Deus solus, habet inclinationum,
Omninò immutatiuum potestatem.
Quia solus est, ac mõstrat omne Bo-
Solúsq; dat viuendi facultatem. (nũ.
Non ergò est causa immutationum
Angelus in alterius voluntatem
Sed eam, vt Bonum est particulare,
Et monstrans alia; potest inclinare.

Sub

22. Sub vno, alius Ordo Angelorum,
Sicut causa sub causa, continetur.
Oportet ergo vt vnus ordo illorum
Similiter ad alium ordinetur.
Et quoniam prætermissio ipsorum
Ad nostrum Bonum nõ ordinaretur;
Semper superior suum inferiorem
Illustrat, & hic numquam altiorem.

23. Participant ex Deo, creata Entia,
Quòd propria Bona in alias res tradu-
Et ideo, similia sibi, Agentia (cant.
Corporea, vt est possibile, producant.
Angeli ergò, in quadam excellentia,
Oportet quòd similiter inducant
In Angelos ab eis illuminatos,
Omnes conceptus, eis manifestatos.

24. Est res intelligibilis in mente,
Primò prout in habitu confertur.
Quæstio 107. Secundò vt in actu intelligente,
Ac tertiò, vt ad alterum refertur.
Et sic ex ipsa priùs in se loquente
Verbũ quod erat intus, extra fertur.
Angeli ergò, Angelis loquuntur,
Ad quos eorum verba diriguntur.

Quia

525. Quia veritas est lumen intellectus
Prout à prima pendet veritate:
(Vnde nõ dat, quod ille sit perfectus,
Id quod ex hac, aut illa, est volũtate;)
Non est illuminatio, cùm directus
Est Angelus à propria libertate;
Sed solũ est loquutio; & sic superior
Angelus loqui potest, & inferior.

526. Quoniam loquutio Angeli fit quãdo
Mentis cõceptio ad alium ordinatur;
Siue aliquid ei communicando
Vt Doctor cum Discipulo profatur;
Siuè ab illo aliquid captando,
Sicut addiscẽs cum Magistro effatur:
Angelus omnis loquitur cum Deo,
Vt aliquid percipiat ab eo.

527. A loco, & à tempore est abstracta;
Nostra intellectualis operatio,
Quamuis aliquo modo sit contracta
Per accidens, vt iuncta est ei sensatio.
Sed sine hoc in Angelis, exacta
Loquutio habetur, & illuminatio;
Et sic non impeditur ex distantia
Loci, vel temporali circumstantia.

Ex

28.Ex voluntatis ordinatione
Angelica loquutio, eſt ignota
Angelis, quibus ex intentione
Loquentis,nullo modo eſt admota.
Quamuis ex facta illuminatione
Veritas omni Angelo ſit nota;
Nam illa ex voluntate propria vni,
Et hæc eſt à principio communi.

29.Quãquã ſub vno Principe, tres dãtur
In Cælo Hierarchiæ Angelorum.
Quæ- Nam ea de quibus ipſi illuminantur
io Conſtat quòd etiã triũ ſunt modorũ.
08. Quia ſine medio à Deo cõmunicãtur;
Et per actum communiũ mediorũ;
Et prout illi ſunt appropriata,
Habentur à quacunque re creata,

30.Sicut eſt vnus ordo Iudicantium
In vna, èademque Ciuitate,
Militum alius; alius laborantium
Vt res in ea ſint benè ordinatæ.
Sic Hierarchia Cęlituũ,Deũ laudãtiũ,
Ordinum fulta ex diuerſitate,
Scilicèt sũmi,& medij, & poſtremi;
Omneſq; ad nutũ Domini ſupremi.

Quia

531. Quia qui cognoſcit aliqua imperfectè.
Diſtinguit illa in vniuerſali.
Et Angelicæ mentes, intellectæ
A nobis ſolùm ſunt in generali;
Nec munera ipſarum nos perfectè
Diſtinguimus, nec eas in ſpeciali;
Sed dicimus quòd omnis ordo ipſarũ
Plures,& propriè,continet earum.

532. Diſtinctiones ordinum ſumuntur
In Angelis ex fine naturali.
Nam Deum natura norũt, & ferũtur
Amore erga Deum connaturali.
Et quãquam cõpletiuè diſtinguuntu
Ex fine, etiam, ſupernaturali;
Tamen ad hoc,ſunt naturalia Bona
Cum habeãt,iuxta ea,gratuita Dona.

533. Ordines Angelorum nominantur
Congruè ex miniſterio exteriori.
Et etiam congruenter appellantur;
Vel ex participato meliori,
Vel vt perfectiones adæquantur,
Vel ex dicente exceſſum in maiori.
Nã quòd ęquatur medijs,in ſupremis
Excedit, & minuitur in extremis.

Or-

34.Ordinum aſsignata graduatio,
Ex eo quod vnum, aliud attingit,
Congrua eſt; nam omnis ordinatio,
Suauiter, quæ ordinat, perſtringit.
Et etiā congruit; quia præcipiens ra-
Ad executionem,ea contingit (tio,
Secundùm ſubditorum rationem,
Et congruam cunctis diſpoſitionem,

35.Poſt diē Iudicij,quoad diſtinctiones,
Ordines Angelorum remanebunt.
Namque naturæ eædem rationes
Erunt,eodēq; gradu Deum videbunt.
Sed quoad ſuas executiones,
Munera eorumdem, non manebunt.
Niſi vt requirit finis conſecutio,
Poſt pugnā, ac triumphi proſecutio.

36.Ordines Angelorum diſtinguuntur
Secundùm gratiæ gradus,& naturæ.
Et quoad gradus gratiæ, aſſumuntur
Ad ipſos, rationales creaturæ.
Nam gratiæ gradus,iſtis conferuntur
Vt illis; & ſic Deum ſunt hæ viſuræ.
Licèt quantum ad gradus naturarū,
Non aſſumatur aliqua ipſarum.

In

537. In ordine ex gratia consummata,
Dæmones, neque sunt, neque fuerũt.
Quæ- Et ab ordine ex gratia inchoata
stio Ex eorum nequitia, cæciderunt.
109. Sed quoniam ipsi, naturalia data,
Nec etiam quoad gradus amiserunt,
Sunt adhuc in ordinibus eorum,
Quãtũ ad id quod est Naturæ ipsorũ.

538. Dæmonum dispositio naturalis,
Requirit quòd in eis sit prælatio.
Quoniã natura Dæmonum est talis,
Quòd in quibusdam sit subordinatio.
Sicut sub Cælis est res corporalis,
Quam regit, vt superior, Orbiũ latio.
Nam congruũ sapientiæ Dei, putatur
Quòd nil inordinatum relinquatur.

539. Illuminatio, verè, & propriè dicta
Non potest in Dæmonibus haberi.
Nã Dæmonũ voluntas malo addicta
Non ordinat ad Deũ, qui lux est veri;
Et à peruersitate est adeò victa,
Quod alios vult à recto remoueri.
Sed quoad illud quòd locutio pręstat,
Conceptum, vnus alij, manifestat.

Pri-

540. Primò, & originaliter, in Deo
Integer ordo est Prælationis;
Participatus postmodum ex eo;
Pro gradu, ad eum, appropinquationis
Vndè post eũ, Prælatus bono, & reo,
Secundum gradum suæ perfectionis:
Angelus est; & sic nedum beatis
Angeli dominantur, sed damnatis.

541. Inferiores Angeli, reguntur
Per alios, qui sunt eis superiores;
Quæstio 110. Eo quòd illorum Formæ inueniũtur,
Species esse vniuersaliores.
Quia ergò res corporeæ statuuntur
Formis, quæ sunt particulariores,
Vt per materiam indiuiduatæ,
Per Angelos sunt rectę, & gubernatę.

542. Materiæ informatio, immediatè,
Vel est à Deo, vel à corporeo agente.
Nã huic sũt res corporeæ assimilatę,
Vt à corporeo sunt efficiente.
Sicut à Deo sunt altiùs causatæ,
Vt eas, in sua virtute, continente.
Non ergò est ab Angelis: istorum
Nãque, nil habet cętus Angelorum.

I At-

543. Attingitur Natura corporalis,
In sui supremo, ab intelligentia:
Et inter motus melior est localis,
Vt rei minùs habentis de potentia.
Substantia ergò intellectualis,
Mouere potest corporalia entia,
Locali motu, ex mera libertate,
Hoc est ad nutum, & immediate.

544. Illud quod præter ordinem Naturæ
Particularis, quispiam operatur,
Miraculum non est, ex proprio iure
Miraculi, nec etiam nuncupatur;
Sed solùm id, quod omnis creaturæ
Præterito iam ordine, causatur.
Vt ergò nequeūt Angeli id præstare,
Sic nequeunt, miracula causare.

545. Cum, ordinante Deo, Inferiora
Superiorum actibus subdantur;
Quæstio 111. Et Angeli sint entia celsiora,
Quā Homines quicūq; à Deo creantur:
Homines, vt per entia clariora,
Per Angelos à Deo illuminantur.
Res autem quæ sunt eis declaratæ,
Figuris sensibilium sunt velatæ.

Ho-

546. Hominis voluntatem immutare
Angeli nequeunt, ab interiori.
Nam posse voluntatem inclinare,
Est proprium, voluntatis Productori.
Sed possunt passiones concitare,
Et eam mouere ab exteriori,
Aut etiam illi quidquam suadendo,
Sed eam semper liberam linquendo.

547. Quia corpora, obediunt, Angelorum
Nutibus, ad corporeas lationes;
Angeli ex proprijs viribus ipsorum
Possunt mouere imaginationes.
Nam latio spirituum & humorum
Imaginarias apparitiones,
Interdum causat, vt in dormiente,
Ad cor sanguine multo descendẽte.

548. Sensus & ab extrinseco immutatur,
Vt cũ mouetur à suo proprio obiecto;
Et ab interiori, vt cum turbatur,
Organo in quo est fixus malè affecto.
Et sic mutari potest, vel mutatur
Ab Angelo Cælesti, aut Cælo eiecto;
Spiritus, & humores concitante,
Aut aliquod obiectum præsentante,

149. Angeli propter Homines mittuntur
A Deo in exterius miniſterium.
Quæ- Nam vel de nouo alicubi creduntur,
ſtio Vel nouo modo ob aliquod myſteriũ;
112. Quia pro ſalute noſtra exequuntur
Supremi Regis inclytum Imperium.
Sed primò, ipſorum actio, eſt à Deo,
Cum agãt, vt miniſtri, & moti ab eo.

550. Propter ordinem gratiæ meliorem,
Ordo Naturæ interdum prætèritur.
Sed nunquam ille, Quia præſtantiorẽ
Ordinem, non habere comperitur.
Nec munus, mediam vel inferiorem
Excedens Hierarchiam reperitur.
Nunquam ergò mittuntur celſiores
Angeli, propter res exteriores.

551. Angeli, quantumuis adminiſtrantes,
Omnes aſſiſtunt quoad viſionem;
Nam omnes habent ante Deũ ſtãtes,
Immediatam intuitionem.
Sed ſoli ex prima Hierarchia, adſtãtes
Angeli ſunt quoad perceptionem
Sacrorum, quæ per ipſos reuelata
Sunt illis per quos ſunt adminiſtrata.
Solum

552. Solũ ex quinque ordinibus extremis,
Angeli ad ministeria mittuntur.
Nam alij,& præcipuè ex supremis
Ordinibus, nil extra exequuntur.
Quoniã per data nomina postremis.
Eorum exequutiones inferuntur;
Per alias verò nominationes
Non importantur exequutiones.

553. Necesse fuit Angelos beatos
Ad Hominum custodiam deputari,
Quæstio 113. Vt Homines per illos, confirmatos
In bono,ad bonum possent regulari.
Nam eos oportet esse regulatos,
Quia possunt in agendo variari;
Et variabilia, inuariabilia Entia,
Regulant ex diuina Prouidentia.

554. Quilibet homo à proprio custoditur
Angelo,propter Formã rationalem.
Quia quod perpetuũ est,à Deo muni-
Secũdũ Prouidentiã principalẽ. (tur
Nam propter ipsum Præside fulcitur
Quod trãsit,quia nõ habet formã ta-
Homines ergò singuli astruũtur (lẽ.
Vt transeuntium species muniuntur.

555. Hominem vnum, ſaluum procurare,
Eſt minimum officium Angelorum,
Sed rem vniuerſaliùs regulare,
Eſt maius miniſterium ipſorum.
Propterea Deus, ad illud, deſtinare
Miniſtros etiam voluit illorum;
Ad iſtud verò Cælites maiores,
Et ordine poſtremo celſiores.

556. Cum in multis periculis offendat
Viator omnis, via non abſoluta;
Et vita hæc, ſit via qua homo tendat
Ad Patriã, parũ nota, & parùm tuta;
Vt omnis homo ad Cælũ ritè aſcẽdat
Secundum ſibi tradita ſtatuta;
Nullus eſt homo cui non tribuatur
Angelus, vt ab eo cuſtodiatur.

557. Sicut ea beneficia quæ dantur
Homini, vt fidem Chriſti profitetur;
A tempore Baptiſmi ei donantur,
Vt eis ad ſuum profectum adiuuetur:
Sic ea quę illi vt homini pręſtantur,
Vt quoad humanos actus reguletur;
Sunt ei tributa à Natiuitate,
Et ſic ei ſunt cuſtodiæ deſtinatæ.

An-

558. Angelus nunquam deſerit omninò
Hominem qui ab ipſo eſt cuſtoditus.
A prouiſore ſiquidem diuino
Eſt, eo cuſtode, homo communitus,
Ciuiſque Empirei, datur peregrino
Vt exequatur ſuæ cuſtodiæ ritus,
Iuxta Regis imperium prouidentis,
Nullamque rem, omnino, deſerentis.

559. Propriè non dolet Cuſtos, vel triſtatur
De culpa, vel de pœna cuſtoditi;
Nam nil beato inuoluntariū datur,
Et eſt idem triſtari, quod, eniti.
Et vt Cuſtodis velle conformatur
Imperio Monarchæ infiniti;
Sic omnia fiunt ex ordinatione
Diuina, atque Dei permiſsione.

560. Cum velint omnes Angeli, adimpleri
Dei voluntatem; nequeūt diſcordare.
Sed Deū quādoq; conſulūt, quod fieri
Pręcipiat & dicuntur tunc, pugnare;
Hoc eſt diuerſa merita exhiberi
Hominum quos tenentur gubernare;
Dum neſciunt Cuſtodes duo beati,
Quid placeat Diuinæ voluntati.

561. Dæmones nos impugnãt; quia profe-
Nitũtur impedire, nos tentãdo: (ctũ
Quæ- Et inuidi, & superbum per affectum,
stio Tentant, peruersè Deo se assimilãdo:
114. Ad illum finem, vel ad hunc effectũ,
Illos, aut hos ministros deputando,
Sed omnia fiunt Deo sic disponente
Malisque ad Bona, ordinatè vtente.

562. Est proprium Diaboli, tentare
Vt noceat, in peccatum inducendo.
Nam licèt homo nocumentum dare
Nitatur, ad peccatum adducendo;
Hoc vt minister Dæmonis causare
Conatur, & non propriè ex se agẽdo.
Vt etiã Caro, & Mundus instrumẽta
Sũt, quib⁹ Dæmon causat nocumẽta.

563. A Dæmone causantur indirectè
Omnium peccata hominum reorũ,
Licèt non ipse causa sit directè
Omniũ, quæ faciũt homines, malorũ.
Nã pronitati ad malũ sunt subiectæ
Mẽtes humanæ ex primo peccatorũ,
Quod eo tentante fuit perpetratum,
Cunctisque tulit Innocentiæ statum.

Dæ-

564\. Dæmones poſſunt facere excedentia
Hominum vires, & cognitionem;
Quæ largè ſunt miracula, inducentia
Et verè & propriè in admirationem.
Sed faciunt ipſi mirabilia entia
Vt nos inducant in deceptionem;
Licet quandoque vt in Iob fecere,
Quæ faciũt admiranda, ſint res veræ.

565\. Cum à tentato dæmon ſuperatur,
Ceſſat ad tempus, & non tentat eũ.
Hominẽ nanque infirmũ ſic tutatur
Diuina miſeratio, vt decet Deum,
Sed quãquã ceſſat, quoniã triũphatur,
Non deſerit tentãdi affectum reum;
Formidat nanque aſtutus tũc tẽtare,
Sed poſtea redit, cupiens triumphare.

LIBER DECIMVS.

POst explicata munera Angelorum,
Et Dęmonum in nos tentationem,
Magnus Aquinas, ad corporeorum
Dęuenit explicandam actionem .
De Fato dixit ; hominumque ipsorũ
Ad Angelos ; explicuit sermonem ,
Atque de multis alijs eloquendo ,
Doctrinam præbuit sic incipiendo .

566. Adparet sensibiliter , actiuum
Vnum corpus , in aliud corpus, esse ,
Quæstio 115. Cum ergò constet quod operatiuum
Quodcũque , esse in actu,sit necesse;
Alias non operatur in passiuum ,
Sicut & patet omnibus expresse :
Corpora vt sunt in actu,sunt agentia
In corpora hæc aut illa,vt in potẽtia.

Di-

567. Dicitur rectè quòd sint rationes
In materia corporea seminales;
Nam quæ principiant generationes
Viuentium, patet quod dicātur tales;
Et constat quod denominationes,
Dāt, res magis perfectę & principales:
Sunt autem rationes istæ, actiuæ
Generandi virtutes, ac passiuæ.

568. Quia multitudo est ab vnitate,
Est mobile ab immobili, dependens;
Mobiles enim res sunt variatę, (dés;
Et vno est modo, immobile se osten-
Quod ergò est magis à mobilitate,
(Sicut est omne Cælum) independēs,
Est causa motuū corporum, mobiliū
Magis quàm ipsum, ac variabilium.

569. Nō possunt astra, aut Cæli existimari,
Vel esse causa actuum humanorum,
Discrimen nanque oportet affirmari,
Inter hominum actus, & brutorum;
Et hæc naturæ instinctu, operari;
Illosque esse in linea liberorum:
Et quòd corporeo sensus alligatur
Organo, à quo intellectus eleuatur.

570. Cum Cæli sint substātiæ corporales,
Et hæ non sint spiritibus prælatæ;
Ac dæmones non sint materiales,
Aut formæ cum materia copulatæ;
Nam sunt substantiæ intellectuales,
Et à materia omnino separatæ,
Non agūt Cæli in dæmones directè,
Immo, nec vllo modo indirectè.

571. Non omnes, necessariò eueniunt,
Superiorum corporum effectus.
Nam inclinationes quæ proueniunt
E cælis, calcat hominis affectus;
Et aliquando causæ duæ conueniunt
Per accidēs;& causæ est tūc defectus.
Concursus enim causæ;cum concausa
Per accidens;vt sic, est absque causa.

572. Fatum cum sit Diuina Prouidentia:
Res est, iam prælocuta vniuersum
Quæstio 116. Sed sancti ex catholica prudentia
Oderunt Fati nomen, vt peruersum;
Prout ei dedit impia sententia
Significatum pænitùs diuersum,
Idest quòd Fatū dicat vim stellarū;
Positione varia ipsarum,

Vt

573. Vt eſt in Deo, ſublimis ordinatio
Effectuum, Prouidentia Dei vocatur.
Vt eſt in medijs cauſis, eius ratio
Exequutiua, Fatum nuncupatur:
A quouis ergò iſta famulatio,
Iubente omnium Rege, exerceatur,
Fatum, ſic rerum cauſis ordinatis,
In rebus eſt ab ipſo Deo creatis.

574. Fatum non eſt immobile, ſpectata
Cauſarum contingentium ratione;
Sed Prouidentia Dei conſiderata
Sub immobilium ſtat conditione;
Non abſoluta, ſed conditionata,
Immobilis, manente acceptione.
Nam eſt infallibiliter venturum,
Si Deus præſciuit aliquid futurum,

575. Cum fatum ſit cauſarum ordinatio,
Ad prouiſum diuinitus effectum;
Quodlibet ens in quo ſubordinatio
Datur ad eas, iam Fato eſt ſubiectũ.
Sed illud quod quemadmodũ creatio
Immediate eſt á Deo confectum,
Soli Diuinæ ſubeſt voluntati,
Et nulli ſubeſt rationi Fati.

Doce-

576. Docere est scientiam causare,
Ex notis procedendo ad ignota.
Quaestio 117. Ita vt hoc sit illum actuare
In quo non erat, rei cognitio, tota,
Ducendo ipsum ad particulare
Ignotum, per principia sibi nota.
Sic ergò vnum alium docere
Hominem, potest liquido patere.

577, Angeli possunt loqui inferiores,
Supernis, verba eis manifestando;
Angelos ipsos, eis superiores
Nunquam de re diuina illuminando.
Sic ergo, vt cunctis Angelis minores,
Homines, verba mentis iaculando
Loquuntur illis, sed manifestantes,
Et nullo prorsus modo illuminantes.

578. Vt Angelus virtute naturali,
Nisi applicando corporalia agentia,
Non potest in materia corporali,
Mutationis vti efficientia;
Sic homo, forma sua rationali
Nequit mutare corporalia entia.
Nam hoc vel est compositi, vel Dei,
Virtute, præhabentis omnia rei.

Animæ

579. Animæ rationales separatæ
Non possunt corpus aliquod mouere:
Nam quando sunt corporibus aptatę
Solum viuentia possunt emouere,
Vnde si quædam sint mortificatæ
Corporis partes; etiam non procerę,
Non quidem formæ ad localē motū;
Obediunt, sed vt illas defert totum.

580. Corpora, non viuentia, producunt
(Vt ignis ignem) nullo mediante:
Quæ- Viuentia verò sine medio inducunt
stio Genitū, & cū medio vt quo causante.
118. Et ideo cum semine traducunt
Animam Bruta, & suo modo Plātæ,
Ab eis nanque ad semen vis actiua
Est vt ad instrumentum vis motiua

581. Anima rationalis non causatur
Ex semine, cum sit per se subsistens,
Sine corpore enim operatur
Licet vnà cum corpore consistens.
Intra corporea verò limitatur
Virtus actiua in materia existens;
Et suam actionem non extendit
Ad illud, quòd materiam transcēdit.

Non

582. Nõ à principio Mũdi sũt creatæ (ctę;
Animæ humanæ,& poſtmodũ coniũ-
Quia forent ſi corporibus aptatæ
Sic eſſent, eis per accidens adiũctæ;
Et duæ res, homo eſſet, aggregatæ
Per accidens, non verò per ſe iũctæ.
Aut Anima eſſet Homo:infunduntur
Animæ ergo, quandoproducuntur.

583. In veritatem vertitur humanæ
Naturæ,& verè, & propriè alimentũ;
Quæ-In carnis enim ſpeciem, cõſtat planè
ſtio Quod tranſeat humanũ nutrimentũ.
109. Nam cibi ſumptiones,non sũt vanæ,
Quia cibus eſt Naturæ fulcimentum;
Et in potentia, eſt os, & caro, & alia
Huiuſmodi humana corporalia.

584. Semen eſt ipſum totum in potentia
Habens virtutem ad productionem
Deriuantem à Forma, qua viuentia
Viuentium cauſant generationem;
Et eſt deciſum priùsquam nutrientia
Vltimam habeant ſui conuerſionem.
Eſt ergo de ſuperfluo alimenti
Ad generandum ſeruiens viuenti.

Hæc

Hæc fatus. ad virtutes edocendum,
Priùs in cõmuni,& poſtea in ſpeciali,
Proceſſit; pariterque ad oſtendendũ
Quæcunque habent rationem Mali.
Demum de Redẽptore ad diſſerendũ
Acceſſit, ac de re Sacramentali,
De præmio quo Beati collætantur,
De pœna qua damnati cruciantur

O quàm ſuaue præmium,ò quã clara
Iuſtis à Deo promittitur Corona.
O quã iucunda requies, ò quã chara
Iuſtis, in Patria conferuntur Dona.
At contra ò quã atrox,& amara (na.
Mors manet,eos qui hæc amittũt Bo
O quàm horrenda illorũ eſt dãnatio,
O quam tremenda illorum cruciatio.

Tu autem Doctor inclyte Aquinas,
Qui laus, & gloria es Prædicatorum,
Non transfer ad Cæleſtia, & diuinas
Quæ in cælo ſplendẽt regias Beatorũ.
Per cælicas nos ergo diſciplinas
A vinculis nos erue peccatorum;
Vt hic præcepta Dei cuſtodiamus;
Et in Empireo gloriã Dei ſumamus.

A M E N.

INDEX QVÆSTIONVM Et Articulorum.

QVAESTIO I. De Sacra Doctrina.

ARTICVLI.

Vtrum

QVAESTIO II.
De Deo an ſit.

QVAESTIO III.
De ſimplicitate Dei.

QVAESTIO IV.
De perfectione Dei.

QVAESTIO V.
De bono in communi.

QVAESTIO VI.
De bonitate Dei.

vtrum

QVAESTIO VII.
De infinitate Dei.

QVAESTIO VIII.
De existentia Dei in rebus.

Vtrum

QVAESTIO IX.

De immutabilitate Dei.

QVAESTIO X.

De æternitate Dei.

QVAE-

QVAESTIO XI.
De Vnitate diuina.

QVAESTIO XII.
Quomodo Deus cognoscatur à nobis.

QVAE-

QVAESTIO XIII.
De Nominibus Dei.

QVAESTIO XIV.
De ſcientia Dei.

QVAESTIO XV.
De Ideis.

QVAESTIO XVI.
De veritate.

QVAESTIO XVII.
De falsitate.

QVAESTIO XVIII.
De vita Dei.

QVAESTIO XIX.
De voluntate Dei.

QVAESTIO XX.
De amore Dei.

QVAESTIO XXI.
De iustitia, & misericordia Dei.

QVAESTIO XXII.
De prouidentia Dei.

QVAESTIO XXIII.
De prædestinatione Dei.

QVAESTIO XXIV.
De libro vitæ .

QVAESTIO XXV.
De potentia Dei.

QVAESTIO XXVI.
De beatitudine Dei.

QVAESTIO XXVII.
De processione siue origine diuinarum personarum.

QVAESTIO XXVIII.
De relationibus diuinis.

QVAESTIO XXIX.
De personis diuinis.

QVAESTIO XXX.
De pluralitate personarum,

QVAESTIO XXXI.
De his quæ pertinent in diuinis ad vnitatem, vel pluralitatem personarum.

vtrum

QVAESTIO XXXII.

De cognitione diuinarum personarum.

QVAESTIO XXXIII.

De his quæ pertinent ad personam Patris.

QVAESTIO XXXIV.
De verbo in diuinis.

QVAESTIO XXXV.
De hoc nomine, Filius, quod est imago.

QVAESTIO XXXVI.
De pertinentibus ad nomen Spiritus sancti.

QVAE-

QVAESTIO XXXVII.
De nomine Spiritus sancti, quod est amor.

QVAESTIO XXXVIII.
De hoc nomine Spiritus sancti quod est donum.

QVAESTIO XXXIX.
De personis ad essentiam relatis.

vtrum

QVAESTIO XL.
De personis in comparatione ad relationes, seu proprietates.

QVAESTIO XLI.
De comparatione ad actus notionales.

QVAESTIO XLII.
De æqualitate, & similitudine diuinarum Personarum.

QVAESTIO XLIII.
De missione diuinarum personarum.

QVAESTIO XLIV.

De prima caussa omnium entium.

QVAESTIO XLV.
De creatione .

QVAESTIO XLVI.
De principio durationis rerum creatarum.

QVAESTIO XLVII.
De distinctione rerũ in communi.

QVAESTIO XLVIII.
De distinctione rerum in speciali & primo de malo.

QVAESTIO XLIX.
De caussa mali.

QVAESTIO L.
De substantia Angelorum absolutè.

QVAESTIO LI.
De Angelis in comparatione ad corpora.

QVAESTIO LII.
De Angelis in comparatione ad locum.

QVAESTIO LIII.
De motu locali Angelorum.

QVAESTIO LIV.
De virtute cognoscitiua Angeli.

QVAESTIO LV.
De medio cognitionis Angelicæ.

QVAESTIO LVI.
De cognitione Angelica ex parte rerum immaterialium.

QVAESTIO LVII.
De cognitione Angelorum quantum ad res materiales.

QVAESTIO LVIII.
De modo cognitionis Angelicæ.

QVAESTIO LIX.
De voluntate Angeli.

QVAE-

QVAESTIO LXI.

De productione Angelorum in esse naturæ.

QVAESTIO LXII.

De perfectione Angeli in esse gratiæ, & gloriæ.

QVAESTIO LXIII.

De malitia Angelorum quoad culpam.

QVAESTIO LXIV.

De pæna demonum.

sti-

QVAESTIO LXV.

De opere creationis quoad creaturam corporalem.

QVAESTIO LXVI.
De distinctione rerum primò creatarum.

QVAESTIO LXVII.
De opere distinctionis primì diei.

vtrum

QVAESTIO LXVIII.
De opere secundæ diei.

QVAESTIO LXIX.
De opere tertiæ diei.

QVAESTIO LXX.
De opere ornatus quarta die facto.

QVAESTIO LXXI.
De opere ornatus quintæ diei.

QVAESTIO LXXII.
De opere sexti diei.

QVAESTIO LXXIII.
De pertinentibus ad diem septimum.

QVAESTIO LXXIV.
De omnibus simul septem diebus in communi.

QVAESTIO LXXV.
De homine quoad animam.

QVAESTIO LXXVI.
De vnione animæ ad corpus.

QVAESTIO LXXVII.
De potentijs animæ in generali.

QVAE.

QVAESTIO LXXVIII.
De numero potentiarum, & de numero ſenſuum.

QVAESTIO LXXIX.
De viribus intellectus.

QVAESTIO LXXX.
De appetitu in communi.

QVAESTIO LXXXI.
De sensualitate.

QVAESTIO LXXXII.
De voluntate.

QVAESTIO LXXXIII.
De libero arbitrio.

QVAESTIO LXXXIV.

Qualiter anima corpori vnita intelligat corporalia, quæ sunt intra animam.

QVAESTIO LXXXV.

De modo, & ordine intelligendi.

QVAESTIO LXXXVI.

Quid intellectus hominis cognoscat de rebus corporalibus, & materialibus.

QVAESTIO LXXXVII.

De cognitione animæ respectu sui ipsius, & eorum quæ ad ipsã pertinent.

QVAESTIO LXXXVIII.

De cognitione animæ respectu eorum, quæ sunt supra se.

QVAESTIO LXXXIX.

De cognitione animæ ſeparatæ.

vtrum

QVAESTIO LXXXX.

De productione animæ in esse naturæ.

QVAESTIO LXXXXI.

De homine quoad corpus, & productione Viri.

QVAESTIO LXXXXII.

De productione corporis mulieris.

QVAESTIO LXXXIII.

De imagine ad quam dicitur homo factus.

QVAESTIO LXXXXIV.

De statu hominis quoad intellectũ in statu innocentiæ.

QVAESTIO LXXXXV.

De statu hominis quo ad gratiam, iustitiam, & virtutem in statu innocentiæ.

QVAESTIO LXXXXVI.
De dominio quod homini cõgruebat in statu innocentiæ.

QVAESTIO LXXXXVII.

De his quæ ad hominem pertinebant ad conseruationem indiuidui in statu innocentiæ.

QVAESTIO LXXXXVIII.

De his quæ ad hominem pertinent quoad conseruationem speciei per generationem.

QVAE-

QVAESTIO CII.
De loco producti hominis qui est paradisus.

QVAESTIO CIII.
De gubernatione rerum in communi.

QVAESTIO CIV.
De effectibus diuinæ gubernationis in speciali.

vtrum

QVAESTIO CV.

De mutatione creaturarum à Deo.

QVAESTIO CVI.
De actu Angelorum quo est inuicem illuminare.

QVAE

QVAESTIO CVII.
De loqutione Angelorum.

QVAESTIO CVIII.
De ordine Angelorum secundum Hierarchias, & ordines.

vtrum

QVAESTIO CIX.

De ordine malorum Angelorum, scilicet Dæmonum.

vtrum

QVAESTIO CX.
De præsidentia Angelorum super corporalem creaturam.

QVAESTIO CXI.
De actione Angelorũ in homines.

QVAESTIO CXII.
De missione Angelorum ad homines.

QVAESTIO CXIII.
De custodia hominum a bonis Angelis.

QVAE-

QVAESTIO CXIV.
De impugnatione hominum a Dæmonibus.

QVAESTIO CXV.
De actione corporalis creaturæ.

QVAESTIO CXVI.
De Fato.

QVAESTIO CXVII.
De actione hominis.

QVAESTIO CXVIII.
De propagatione hominis quo ad animam.

QVAESTIO CXIX.
De propagatione hominis quo ad corpus.

F I N I S.

Præcedens Index ex Magiſtro Porrecta deſumptus hic appoſitus eſt ſuis numeris, vt Compediolum ſummulæ Theologiæ. Et numeri, qui ſunt in principio articulorum deſignant numeros in principijs Octauarum poſitos.

ERRATA CORRIGE.

DEDICAT.

ſuperare	ſuperaſſe

STVD. LECT.

loqui ideſt	loqui
Poeta quidem	Poeta quidam.

CARM.

capere	carpere
ſuperſtque	ſupereſtque
valdó	validé

Num.		
3	E ratione	ex ratione
15	& quod eſt	eo quod eſt
17	ſt	eſt
37	ex cepto	excepto
53	Deus & idem	Deus & eidem.
81	Et tantum	eo tantum
86	ſint nota	ſint nota
88	ſupponitur	præſupponitur
94	& præſtantia	eſt præſtantia
95	Dum	Cum
99	quod fit	quo fit
114	ſic quid	ſic quidquid
160	quamuis	quemuis
176	in quod	id quod
204	numerum dicuntur	numerum ducuntur
205	in ſe	in
261	quod	quoad
270	definitæ	definitè
281	intelligibilis	intelligibili
291	pariter	paritur
	ſit	fit
298	Boni eſt	Boni, eſt
299	neque	ſed neque
309	fuiſſet	fuiſſent
321	quod affectum	quoad affectum
327	conſentit	conſenſit
351	debebat	debebant

ornan-

ERRATA		CORRIGE.
355	ornanda erat	ornari debuit
394	autem non	autem nos
400	indirectè?	indirectè
407	vt vt	& vt
487	perpetuitiuam	perpetuatiuam
559	eniti	reniti
fol. 131	ixta	iuxta
fol. 207	non transfer	nos transfer

INDEX.

23	virtualiter	vniuersaliter
26	vel ens!	vel ens? Ens
337	carente	carentia
372	in eri	in homine